

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



6000423720

33.

564.

) E I

)MANARVM

TIO.

—

:CRIPTIS

:RCELLENSI

IS

DATAM

VSTRAVIT

B L V M E

TECESSOR ,

AVLAE CONS.

ARCI

LEX DEI

SIVE

MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIO.

E CODICIBVS MANVSCRIPTIS

VINDOBONENSI ET VERCELLENSI

NVPER REPERTIS

AVCTAM ATQVE EMENDATAM

EDIDIT

NOTIS INDICIBVSQVE ILLVSTRAVIT

FRIDERICVS BLVME

HAMBVRGENSIS,

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA ANTECESSOR,

MAGN. BRIT. HANNOVERAEQVE REGI AB AVLAE CONS.

BONNAE

IMPENSIS ADOLPHI MARCI

MDCCCXXXIII.

564

BIBLIOTHECA BODLEIANA

262

Ducentesimus et sexagesimus annus est, ex quo Petri Pithoei merito primum prodiit iuris auctor, quem nunc integriorem atque emendatiorem exhibeo: et quod per tria paene saecula uehementer desiderabatur, ut noui tandem alicuius codicis mascripti auxilio corrigi atque purgari posset, id nobis singulari nostrorum temporum felicitate adeo contigit, ut non solum uno eodemque anno, sed uel iisdem fere diebus duo codices ex bibliothecarum recessibus in lucem protraherentur. Nam cum undecim abhinc annis Lancizolius Vindobonae, ego Vercellis commorarer, utroque loco eiusdem libri integras membranas inuenimus. Quam ob rem, cum omnia exactiori studio examinanda uiderentur, nouae editionis consilium in tempus, quo ex Italia redux factus essem, differendum erat: tum uariis noui academici muneris negotiis oppressus, cum etiam uana Pithoeani codicis denuo inuestigandi spe deciperer, iusto diutius ab incepto studio me detineri passus sum. Quo factum est, ut Gottingae tandem, in hac alma Georgia Augusta, cuius me

ciuem atque professorem fuisse, grata semper recordatione meminero, perficiendi operis opportunitas daretur. Nunc antequam ipsius scriptoris uerba ponemus, prolegomenorum uice quaedam praemittenda erunt, quae tribus hisce capitibus distinximus: primo de origine huius collationis, altero de codicibus manuscriptis, tertio de libris impressis, quibus uel in publicum edita, uel illustrata est, inter quos etiam de nostro opere, quo consilio et quibus subsidiis susceptum sit, accuratius disputabitur. Ceterum tuae fidei, beneuole lector, committo iudicium, dignusne sit uel iste libellus, qui inter tot iuris romani fontes, quos eximium Germanorum Italorumque studium nostris temporibus uel aperuit, uel auctos purgatosque restituit, nunc suum sibi locum uindicet. Vale.

Ex academia Georgia Augusta,
die 25. Martii a. MDCCCXXXIII.

Fridericus Blume.

PROLEGOMENORVM

CAPVT PRIMVM.

DE ORIGINE COLLATIONIS.

I. De auctore libelli.

Cum primum noster libellus in eruditorum hominum notitiam peruenerat, a Io. Tilio, Charonda, aliisque tributus est Licinio Rufino, regularum auctori, Iuliique Pauli coaeuo. Quam quidem sententiam cum P. Pithoeus in praefatione editioni suae praemissa certissimis argumentis refutasset, Cuiacius tamen non prorsus abiecit, alii cum M. Frehero hactenus amplexi sunt, ut nomen Licinii Rufini tuerentur, sed pro iureconsulto monachum uel theologum quendam, sub finem saeculi quinti degentem, accipiendum esse contenderent. Quid autem sit, quod Io. Tilium in istam opinionem adduxerit, coniectura, an potius ueteris libri fides, Pithoeus ignorabat: nec ipse Cuiacius, cum a. 1564 Licinium Rufinum Christianum fuisse narraret, ullam eius rei rationem reddidit [1]. Vnum argumentum extat, quo omnia redeunt: illud dico, quod in Cuiacii recitationibus, quae a. 1588 ad Pauli Quaestiones habitae esse dicuntur, quaeque post mortem Cuiacii, M. Freheri auxiliis, Fran-

1) Obss. VII, 2 in fine: „Fuere etiam Christiani Licinius Rufinus et Aurelius Arcadius Charisius". — Similiter Io. Bertrandus de iurisperitis pag. 137. Rufinum Collationis auctorem, ideoque Christianum fuisse simpliciter tradit.

cofurti a. 1596 publici iuris factae sunt, Cuiacium narrasse legimus, Collationem nostram habere in quadam bibliotheca Germaniae nomen Licinii Rufini praefixum [2]. At uero istae nugae sunt: uix enim credi potest, Cuiacium, de alio Collationis codice ex bibliothecarum tenebris excitando anxie sollicitum, tunc, cum talis codicis notitia ad eum perlata esset, nullam operam nauasse, ut examinandi et legendi describendique codicis copia ei daretur. Quare M. Frehero potius, quam Cuiacio ista fabula tribuenda uidetur. Quid? quod ipse Cuiacius solius breuitatis causa isto nomine auctorem Collationis appellasse uidetur? Nam tum, cum a. 1586 ipsum librum ederet, omni auctoris appellatione abstinuit: nec tunc solum, sed aliis quoque locis dubitationem non prorsus celauit. Quod ut melius intellegi possit, iam omnes, quotquot inuenire potui, locos, in quibus de Collatione nostra agit, proponam.

1) In epistolis ad P. Pithoeum datis, a Cl. Sauinio ex bibliotheca regia Parisiensi (Ms. Dupuy 700) exscriptis:

a. 1570. d. 17. Octobr. „Apportés nous le Licinius et le XVI Cod. Theod."

Eodem anno, ut uidetur, cum Collationis apographum ad eum perlatum esset: „il auroit besoin d'une autre copie, qui se pourra encore trouver à mon avis. J'ai des gens en trois lieux, qui cherchent. — En ce lieu des XII tables, qui parle de agnatis et gentilibus, je lys. Si agnatus nec escit, gentilis familiam habeto. Haec nunc gentilitia iura in usu non sunt. J'en ai corrigé plusieurs autres et en corrigerois bien d'avantage, si j'avois l'original comme je desire bien fort le tenir quelques jours. Et l'aiant tenu et reveu, vous pourrés puis après le publier ainsi que vous devisés par votre lettre.

Ce qui est avec le Rufinus est très bon, et la collection de tutoribus me plait fort" etc.

---

2) ad lib. XII in fine: „ICtus consulit ICtum peritissimum; is uero est L. Rufinus, qui contulit leges Dei cum legibus populi Romani, fuit enim Christianus, et illa collatio, quae non ita dudum edita est a Petro Pithoeo, habet in quadam bibliotheca Germaniae praefixum nomen Licinii Rufini". Ceterum illa uerba: in quadam bibliotheca Germaniae, a nonnullis editionibus abesse uidentur, cum a Menagio non repetantur.

1570. 15. Nouemb. „Verba consultationis et rescripti ita se habent. Inter . . . maioribus etc. Je trouve bon ce lieu — c'est un ancien jeu". Laudantur deinde Suetonius in Othone, et Martialis circa init. 1.

1571. 20. Ianuar.: „Je desire bien fort de voir l'original de votre tant bon Rufinus."

Eodem anno, ut uidetur, d. 28 Ianuarii: „Sago iactare, en Italie sbalzare — Je trouve fort bon le uelis rescribere. Em posse retineri aut eadem ante explanari non puto. Ferrem si quis instaret Vrbe Italia etc. Familiam erciscant nec si quis obtunderet".

1573. 15. Febr. „Licinius Rufinus."

1573. 11. April. „Je n'ay encore reçu votre legem Dei que vous avez fait imprimer."

2) Ex Obseruationum libris:

1573. Obss. XII, 35. XIII, 10. 16: „Licinius Rufinus".
Obss. XIV, 4: composita ut arbitramur, a Licinio Rufino Iureconsulto."

1577. Obss. VI, 14 ed. II. „licet Marcellum aliud scripisse referat Paulus in fragmentis ueteris iurisprudentiae, quae Pithoeus dedit in lucem."

1579. Obss. XIX, (11.) 31. „Collatio legis Judaicae".

1585. Obss. XXI, 11. 18. 21. „Licinius Rufinus".

1595. Obss. XXVI, 30 (post mortem edita): apud Licinium Rufinum".

3) In editione a. 1586, post Theodosianum codicem: Lex Dei, siue Mosaicarum et Romanarum legum uetus collatio." (cfr. Spangenberg Jacob Cujas. 1822. p. 267. 268.)

4) In Modestini lib. II differentiarum, a. 1587 (impress. Francof. 1598. 4°.) „Licinius Rufinus".

Post Cuiacium et Bertrandum a M. Frehero [3], Dion. Gothofredo [4], Elberto Leonino [5] atque Casaubono [6] Rufini uel Ruffini nomen repetitum uidemus: quod et in editione Geneuensi a. 1586 et Lugdunensi a. 1593 factum est his uerbis: „Licinii Ruffini collatio legum iudaicarum et romanarum" [7]. At ex aduersa parte exti-

3) Parerg. I, 9.

4) ad fr. 11 Si quis cautionibus (2, 11.)

5) emendatt. iuris VI, 3. 4.

6) in notis ad Spartianum.

7) Praeterea post c. 6. Theod. Ad legem Iul. de adulteriis, pag. 222, iisdem libris Rufinus laudatur.

terunt Aegidius Menagius [8], et Schultingius [9], qui nihil omnino de nomine auctoris statui posse, rectius monuerunt.

Nomen mittamus, in personam accuratius inquiramus. Nam uixisse auctorem nostrum post Theodosii XV. consulatum, h. e. post a Chr. 435, iam Pithoeo persuasum erat: Iacobus autem Gothofredus [10], cui etiam Euerardus Otto consentit [11], exactius statuit, fuisse eum Cassiodori aequalem. Cuius rei certissimum argumentum hoc est, quod maxima inter Cassiodorum nostrumque auctorem non solum sententiarum, sed etiam dicendi generis est similitudo. Nam etsi Hieronymus, Augustinus, aliique iam ante Cassiodorum de similitudine ac dissimilitudine diuini humanique iuris saepius egerint, pauci tamen praeter Tertullianum in ea sententia fuisse uidentur, ut omnia humana iura a Moysis legibus tamquam communi fonte essent deriuanda, quod Cassiodorum potius Isidorumque statuisse uidemus. Ac ne singulas Iacobi Gothofredi probationes repetam, hoc unum addam, uerbum quia pro quod [12], item uerbum incipit cum accusatiuo in rubricis coniunctum, uix ante finem saeculi quinti usurpari potuisse.

Christianum fuisse auctorem nostrum, omnibus certum uisum est [13], quamuis Zimmernius etiam de

---

8) iuris amoenitatum cap. 7.

9) nota 1. in contextum Collationis.

10) in prolegomenis ad Theod. Cod. cap. 3. cfr. Eiusdem manuale iuris, bibl. iur. ciuil. c. 2. §. 10.

11) ad Papinianum cap. 2. pag. 29. ed. II.

12) tit. VII. init: „scitote Iureconsulti, quia Moyses prius hoc statuit." Ceterum a graeca uoce ὅτι haec loquendi forma originem ducere uidetur.

13) cfr. etiam P. Pithoeus in nota ad tit. XV. kap. 3. uerb. de terroribus.

Iudaeo coniici posse nuper monuerit [14]. Sane magna legis Mosaicae ueneratio Iudaeis cum Christianis communis erat: at de „consona uoce diuinae humanaeque sententiae" (ut dicitur tit. VI. kap. 7) atque his similibus parum sollicitos fuisse Iudaeos, romani iuris contemtores, crediderim.

Sed illud etiam quaesitum est, fueritne iurisconsultus, an theologus, clericus an monachus. Iam uero monachum fuisse, quod Frehero atque Ottoni uisum est, nulla ratio suadet, cum ante S. Benedicti aetatem paucissimi monachi in partibus occidentis fuerint, nec qui aderant, literis facile uacauerint. Clericum fuisse, uerisimilius est, cum propter iuris diuini scientiam quam profert, tum propter uerba: „scitote iurisconsulti", quae ad extraneos potius quam ad collegas pertinere uidentur [15]. Ceterum non prorsus ignarum eum fuisse iuris romani, complura ipsius dicta probant [16]: unde uel episcoporum iudiciis saepius interfuisse, uel etiam scholastici munere functum esse, (cum et Ioannem Scholasticum eodem fere tempore diaconum fuisse certum sit) si quis contendat, ego haud negauerim.

II. De libri instituto atque titulo.

Quem in finem librum conscripserit, non dixit auctor, si modo integrum eius opus habemus, quod altero capite examinandum erit. Id uero certum est, non eam instituti rationem auctori esse potuisse, ut Iureconsultos Romanos leges Moysis doceret, cum longe pauciores loci ex legibus Moysis

14) Geschichte des römischen Privatrechts. T. I. 1826. §. 7.

15) Hoc argumento Finestres imprimis usus est, in prolegomenis iuris ciuilis anteiustinianei. Ceruariae 1744. 12°.

16) uid. tit. V. kap. 2. tit. VI. kap. 5. tit. VII init. tit. XIV in fine.

desumpti sint. Nec de solis clericis, ut romana iura discerent, cogitasse uidetur, cum etiam ICtos allocutum esse uideamus. Quare hoc unum superest, ut similitudines utriusque iuris eum in finem demonstratas esse dicamus, quo simul probetur, alterum ab altero originem ducere, atque utroque iure Christianos uti et posse et debere. Sic enim iam Tertullianus in apologetico c. 45 testatus erat: „ipsas leges romanas, quae uidentur ad innocentiam pergere, de diuina lege aut antiquiori forma mutuatas esse."

Atque cum tali instituto etiam titulus scriptionis optime conuenit. Vix enim est, ut dubitari possit, quin totus liber ab ipso auctore ita inscriptus fuerit: „Lex Dei, quam Dominus (s. Deus) dedit ad Moysen". Nam omnes codices in istis uerbis fere conueniunt, quae ad primum caput tituli primi trahi haud possunt. Praeterea Vindobonensis codex exordium tituli quarti sic exhibet: „Incipit de adulteriis constitut. IIII. de legem Moysi." Quamobrem rectissime a Cuiacio, cum Parisiis a. 1586 librum ederet, a Rittershusio in notis ad Pauli sententias, a Schultingio denique, ad Paulum V, 23. §. 9. factum est, quod eodem nomine librum appellauerunt: quamuis maior pars recentiorum iureconsultorum alium titulum substituendum esse putaret. Multi fragmenta Pithoei, uel fragmenta a P. Pithoeo edita appellauerunt: inter quos est P. Faber, Brissonius, Ant. Augustinus in libro de nominibus propriis pandectarum, Charondas in notis ad codicem Iustiniani, atque adeo uel ipse Cuiacius. Omnium tamen maxime placuit titulus: Collatio legum Mosaicarum et Romanarum: quem cum Stephanus primum a. 1580 libro praeposuisset, Cuiacius a. 1586 ita inuerso uerborum ordine: Lex Dei, siue Mosaicarum et Ro-

manarum legum uetus collatio, cum uero nomine coniunxit: quod plerosque adeo fefellit, ut haec omnia pro uero ac genuino titulo haberent. Nec, quae in omnium ore nunc uersatur appellatio, a nobis prorsus abiici poterat. Ceterum in editione Geneuensi a. 1586 dicitur collatio legum iudaicarum et romanarum: a. Th. Marcilio uocatur: legis Mosaicae pariatio, s. comparatio, ab Heineccio denique: pariator legum Mosaicarum et Romanarum [1].

Multi autem fuerunt, qui post nostrum auctorem Mosaicas romanasque leges contulerunt: quorum nomina a Fabricio [2] et Heineccio [3] relata sunt.

III. De fontibus libelli.

Quibusnam fontibus collector noster usus fuerit, proprio indice, quem infra pag. 194 . . . 197 inuenies, expositum est: ad quem haec pauca notanda sunt.

De fontibus Mosaicis iam Pithoeus ad tit. I. kap. 1. monuerat, singulari sacrorum librorum interpretatione usum esse collectorem: Hermannus autem Cannegieterus commentario suo pag. 6 . . . 10 praemisit exactissimum Hermanni Venemae, theologi celeberrimi, iudicium de eadem re, quod eo redit, auctorem uel propria usum uersione, uel aliquam sui temporis, nunc ignotam, expressisse. Porro Frid. Münterus Hafniensis a. 1819 et 1821 nostri collectoris fragmenta ueteris testamenti

---

1) ad Leg. Iul. et Pap. Popp. lib. II, ad. c. VI. p. 190.

2) biblioth. lat. lib. IV. c. 9. pag. 810. Bibliographia antiquaria pag. 504.

3) in diss. de utilitate literarum orientalium in iurisprudentia, Seldeni libro de synedriis praemissa.

una cum aliis e codice rescripto Wirceburgensi, ex codice Iustiniani, et ex decreto Gratiani specialiter edidit [4], ac cum Sabaterii uersionibus antehieronymianis contulit, sed nullam de auctore uel origine nostrae uersionis sententiam tulit, nec Venemae grauissimam disputationem legisse uidetur. Nobis denique magnopere cordi fuit, certius tandem aliquid de ista uersione statuere: at frustra Holmesium, frustra van Essium contulimus, nil fere noui erui potuit. Illud certum est, usque ad saeculum XIII. complures uersiones in usu fuisse, quae a uulgata discrepabant [5]: at nostrae uersioni illud singulare est, quod non solum uerbis, sed etiam integritate locorum differt a uulgatis pentateuchi libris. Nam in Collatione VI, 7. plura leguntur, quam quae extant in deuteronomio XVIII, 10 ... 15: in aliis autem locis quaedam continentur, quae cum graeca septuaginta interpretum uersione potius conuenire uidentur, quam cum hieronymiana. Quamobrem mea quidem sententia eo potissimum inclinat, collectorem ea loca, quae affert, uel memoria minus exacte tenuisse, uel ex graeca quadam interpretatione ipsum uertisse.

In locis iuris romani colligendis magnam diligentiam scriptorem nostrum exhibuisse, accurata illa Gregoriani Hermogenianique codicis comparatio probare uidetur, quae tit. X. kap. 5. legitur. Id uero negligentiae potius indicium erit, quod idem excerptum binis locis posuerit: nam ea quae tit. I. kap. 2. leguntur, iisdem uerbis tit. VIII. kap. 4. repetuntur. Cuius geminationis facilior excusatio erit, si statuamus collectorem non tam integris ueterum

4) uid. indicem auctorum, infra p. 202.
5) uid. van Ess Geschichte der Vulgata, pag. 134 ... 145. cfr. Kopp Bilder und Schriften der Vorzeit I, 173. Ebert Handschriftenkunde. 1825. I, 183. 184.

auctorum libris, quam aliis collectionibus usum esse, quorum iam communis fere usus erat, postquam Gaii, Modestini, Papiniani Pauli atque Vlpiani scriptis praecipua auctoritas a Theodosio et Valentiniano tributa erat. Nam istis solis ueteris iuris auctoribus et tribus constitutionum codicibus etiam nostra collectio constat.

Atqui non omnia, quae ad fontes romanos nostri collectoris pertinent, certa prorsus et explorata dici possunt. Primum enim, uerene Theodosiano codice usus sit, quem laudat tit. V. kap. 3., an uero potius praefecturae urbanae scriniis, cum P. Pithoeo dubitari potest: nam Valentiniani, Theodosii et Archadii legem longe pleniorem recitat, quam in Theodosiano codice, prout nunc extat, legitur. Deinde, Gregoriani codicis numerus librorum incertus nonnunquam est: nam inter sextum et septimum, inter quartum et decimum nonum uel ipsos libros manuscriptos uariare uidemus, tit. XV. kap. 3. tit. I. kap. 8. et tit. III. kap. 4. Nunc uero, cum ex Vaticanis fragmentis sciamus librum XIII Gregoriani codicis de iure donationum tractasse [6], ea quae ad publica iudicia et accusationes pertinent, liber XIV continuisse uidetur: sic enim et cum Theodosiani Iustinianique codicibus Gregoriani ordo optime conueniet, et eum numerum praeferemus, qui facillime in IV et XIX detorqueri librariorum culpa poterat. Sed et tit. XV. kap. 3., lib. XIV. pro lib. VII. legendum uidetur, quod in contextum tamen libri recipere ausus non sum. Illud certum est, numerum IX, qui Schultingio in omnibus istis locis reponendus uidebatur, nunc cum Vaticanis fragmentis conciliari non posse.

---

6) uid. fragm. Vatic. §. 266. med. §. 272. 285. 286. 288.

Ceterum de aetate Gregoriani codicis noua probatio nobis accessit, si lectio domini nostri, quam tit. I. kap. 10. ex coniectura restituimus, etiam aliis probata uidebitur. Tunc enim Diocletiano et Maximiano Imperatoribus istum codicem confectum esse, res ipsa docet: quod etiam illa uerba „nobilissimi Caesares", quae inscriptione tit. VI. kap. 4. continentur, suadere uidentur.

CAPVT SECVNDVM.

DE CODICIBVS MANVSCRIPTIS COLLATIONIS.

I. De codice Hincmari Rhemensis.

Omnium princeps, quos libri nostri mentionem fecisse uidemus, Hincmarus est, Rhemensis ecclesiae archiepiscopus, qui in tractatu de diuortio Lotharii et Tetbergae, interrog. 12. (Opp. T. I. p. 627:) haec dicit: „Et scriptum est in libro Leuitici: Qui dormierit cum masculo coitu femineo . . . morte moriantur. Vnde et leges Romanae decernunt in capitulis de stupratoribus, quod legens quisque inueniet". (Ibid. p. 634:) . . . "aut in punitione illius legaliter puniatur, sicut in primo libro legis Romanae capitulo sexto de stupratoribus, et in capitulo septimo de incestis et turpibus nuptiis praecipitur".

Duo sunt, quae ex hisce locis statim apparent: Primo, librum nostrum tunc temporis in multorum manibus fuisse, cum dicat: quod legens quisque inueniet; deinde, iunctum fuisse cum aliis

iuris Romani partibus, cum ab Hincmaro liber primus legis Romanae appelletur. Additam autem fuisse legem Romanam Visigothorum, facile est uidere, cum idem Hincmarus librum quartum Theodosiani codicis sextum dicat [1], ita ut inter Collationem et legem Romanam alium etiam librum intercessisse credendum sit [2].

II. De codice Tiliano, Contiano, et bibliothecae Dionysianae.

Ioannem Tilium, Meldensem episcopum, libelli nostri fragmenta quaedam uidisse, quibus Licinnii Rufini nomen tribuebat, a P. Pithoeo docemur [3]. Quae quidem fragmenta eodem tempore inuenisse uidetur, quo omnes Galliae septentrionalis monasteriorum bibliothecas perlustrabat, h. e. circa annum Chr. 1544, cum etiam tituli ex corpore Vlpiani cum aliis praestantissimis libris in manus eius incidissent. Nec mirum, cur haec publici iuris non fecerit, cum uel Vlpiani librum, qui nostris codicibus longe integrior extat, adeo deprauatum esse reputaret, ut alios aliquamdiu codices exspectaret, donec a. 1549. ad libri editionem accederet [4]. Id uero persuasum mihi est,

---

1) Opp. Tom. II. p. 501: „et item in libro sexto, titulo decimo nono, inter alia praecipitur: ut sententia, si sine scripto dicta fuerit, nec nomen sententiae habere mereatur". Quae quidem reuera leguntur Theod. Cod. lib. IV. tit. 17. const. 1.

2) cfr. Savigny Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter T. II. p. 268... 270.

3) P. Pithoei nota prima, p. 66. ed. principis: „Inaudieram equidem antea fuisse ex priscis scriptoribus aliquem qui cum Mosis legibus Romanas contulisset: ac memini Io. Tilium antiquae eruditionis hominem, cum de ueterum iurisconsultorum reliquiis sermo esset, narrare solitum, habuisse aliquando se eius operis fragmenta pauca" etc.

4) cfr. Hugonis Gelehrtengeschichte p. 229. 230. tertiae editionis, et index editionum fontium etc. pag. 135. 136.

ab hoc Tiliano codice etiam eum locum manasse, quem Ant. Contius a. 1555. publicauit, quemque ex integro Pauli libro desumtum esse putabat [5]. Nam integrum librum Contio ad manus non fuisse, antequam a Pithoeo ederetur, inde apparet, quod a. 1572. inter fragmenta XII. tabularum celeberrimum collationis locum tit. XVI. kap. 4. non posuit. At ne ille quidem codex integer fuisse uidetur, quem Ludouicus Charondas se habere dixit ex bibliotheca Dionysiana: cum semel tantum, in epistola dedicatoria ad senatum Parisiensem scripta Lutetiae kal. Ianuarii a. 1572, [6] eo libro usus sit, postea uero, in Iustiniani codicis contextu [7], sola Pithoei fragmenta typis impressa laudauerit. Quinimmo hunc Dionysianum codicem ipsum Tilianum fuisse, uerisimillimum est, cum celeberrima S. Dionysii abbatia non solum in Gal-

---

5) A. Contii subseciuarum lectionum lib. I. cap. 9. (inter Opera Contii Paris. a. 1616. edita p. 35. 36): „mox idem edictum longe integrius cum Pauli continua et sincera interpretatione subiiciam, ex fragmento nobis ab amicis communicato, nec unquam antea typis edito .... Sequitur fragmentum ... ex integro Pauli libro singulari sub Titulo, Quemadmodum iniuriarum agendum sit". Est autem idem fragmentum, quod Collationis tit. II. cap. 6. continetur, ubi cetera adnotauimus.

6) Antuerpiensi Digestorum editioni, a. 1575. praemissa: „Vnum referam locum ex libro, qui Licinnii Rufini esse creditur. De collatione legum Romanorum cum Moysis legibus, quem habeo manuscriptum ex bibliotheca Dionysiana; illius fragmentum unum legitur in cap. 4. D. ad legem Corneliam de sicariis, et alterum in cap. 5. in fine D. de poenis. Ideo uero locum illum referre statui, quia multum pertinet ad explicandam aequitatis rationem, et quam delictis puniendis moderationem adhibere oporteat, ostendit, in quo praecipua uis legis consistit, ut eleganter in illius definitione Papinianus exprimit. Sic igitur in eo libro legitur: Vlpianus" etc. Reliqua infra tit. I. kap. 11. uideri possunt.

7) ad const. 1. 10. Depositi (4, 34.) ad const. 1. Locati (4, 65.) In Digestorum libros nihil omnino ex Collatione nostra Charondas adnotauit.

liae septentrionalis partibus sita, sed adeo uicina fuerit Meldensi ciuitati, ut Io. Tilio notissima esse deberet. Quamquam non sine dolore miratus sum, quod nusquam fere de bibliotheca Dionysiana mentio fit: nam in amplissimo Felibenii libro [8] ne uerbum quidem de ea factum est, cum tamen illud constet, Duchesnium ex eadem bibliotheca partem librorum Sugerii abbatis protulisse, quos quarto scriptorum historiae Gallicae tomo edidit. Sed illud magis etiam mirabile est, quod Cuiacius et Pithoeus, quorum maxime intererat, altero codice uti, de Dionysiano eodemque tempore Parisios aduecto nihil prorsus audiuisse uidentur. Nam quod Zimmernius sibi persuasit, ab ipso Pithoeo Dionysianum codicem laudari [9], hoc falsum est. Atque, ut dicam quod sentio, Charondas Dionysianum codicem nunquam habuisse, sed Pithoeanum uel potius apographum eius ad tempus sibi permissum, pro Dionysiano accepisse uidetur. Nam ipse Pithoeus ueram codicis sui originem in incerto reliquit, fortasse etiam initio falsam praetendit: Charondas autem in loco Collationis, quem affert, adeo Pithoeanum codicem expressit, ut quidquid diuersitatis superest, hoc coniecturae aut errori tribui facile possit.

III. De codice Pithoeano.

"Ex antiquissima Sequanorum aut Mandubiorum potius bibliotheca, in qua per annos octoginta et amplius latuerunt", ea quae Pithoeus edidit, desumta esse,

8) Histoire de l'abbaye royale de Saint Denys en France, par Dom Michel Felibien. A Paris MDCCVII. fol.

9) Gesch. des röm. Privatrechts. Tom. I. §. 7. not. 23.

ipse testatur [10]. At quaenam ista bibliotheca fuerit, frustra quaesitum est: Dionysiana esse non potuit, cum neque ad Sequanorum neque ad Mandubiorum regiones (Franche Comté et Duché de Bourgogne a Gallis postea uocabantur) Dionysiana abbatia pertinuerit. Id solum scimus, inuentum esse codicem ab ipso Pithoeo in ea bibliotheca: cuius rei et Cuiacius [11] et P. Faber [12] testes sunt. Sed et de tempore, quo codex manuscriptus Pithoeo obuenerit, hoc coniectura adsequi possumus, fuisse a. Chr. 1570. Ab hoc enim anno Cuiacium de Licinio Rufino quasi de re noua ad Pithoeum scribere uidemus: et hoc ipso anno Tilius obiit, qui si in uiuis superfuisset, inprimis adeundus erat, cum alios codices tribus locis inquiri Cuiacius curaret. Neque illud ignoramus, Pithoeum eundem codicem postea aliquamdiu retinuisse: nam Franciscus Pithoeus, cum a. 1576 ex eodem codice Iuliani nouellarum constitutionum collectionem ederet, fratris codicem

---

10) uid. Petri Pithoei notarum ad Collationem initium.

11) Cuiacii obss. XIII, 10 (a. 1573): „Licinius Rufinus in eo libro, quo contulit Leges Dei cum Legibus Populi Romani, inuento a Petro Pithoeo, summo librorum antiquorum et ueritatis puriorisque doctrinae inuestigatore" etc.

„Debemus Rufinum Petro Pithoeo, debemus et alia innumera: hoc agente, hoc perquirente, instigente docente discimus semper et adinuenimus aliquid."

Eiusdem nouellarum expositio, ed. II. a. 1577. "Et uerba quibus latine olim haec nouella expressa fuit, quae nondum quisquam uiderat hac aetate, quantumuis licet anteriore magis magisque clara, uidit et inuenit Petrus Pithoeus delicium et flos ueteris nouaeque prudentiae iuris, et quod caput est fidei et probitatis species lumenque uerum, et haec sunt:" Hunc autem locum ideo afferre licuit, quia Collationis codex etiam complures Iustiniani nouellas constitutiones continebat. cfr. Cl. Bieneri Geschichte der Novellen. 1824. pag. 407 ... 410.

12) Semestrium lib. II. c. 11. pag. 257. 258 principis editionis a. 1575: „Magno quidem et incomparabili P. Pithoei acutissimi Iurisconsulti, ueterumque schidarum indagatoris sagacissimi atque adeo repertoris felicissimi beneſecio, in uetusta membrana blattis ac tineis erepta."

esse aperte dixit [13]. Quin illud etiam certum est, a Iacobo Cuiacio, qui saepius ipsum codicem inspiciendum a P. Pithoeo postulauerat [14], collatum esse cum libri editi quodam exemplari, quod etiamnunc in publica Bernensis ciuitatis bibliotheca extat [15]: ex quo etiam nobis, immortalis Crameri beneficio, magnum fructum capere licuit. Nam inter plura, quae hoc libro Cuiacius adnotauit, quaedam uel addita uel mutata sunt, quae ad codicis antiqui scripturam pertinent, a Pithoeo quidem omissa, sed uel Scaligerano apographo, de quo mox dicendum erit, uel alio modo confirmata: ut illa uerba: usque ad quartum tit. VI. kap. 2. §. 2: non possumus (pro possumus) tit. VI. kap. 3. §. 1.: ex lege, tit. XVI. kap. 2. §. 12.

Sed quonam postea Pithoeanus codex deuenerit, utrum etiamnunc supersit, nec ne, hoc omnes ignoramus. Abest a Pithoeanae bibliothecae indice, quem Boiuinus edidit [16]: abesse uidetur ab omnibus bibliothecis, quae ex Pithoeana aliquid ceperunt. Nam chartarum actorumque ingentem collectionem regiae bibliothecae aut thesauro regis legauerat: reliquam bibliothecam aut a familia

13) Francisci Pithoei epistola ad Petrum fratrem, Iuliani libro a. 1576 praemissa: „ut uix ac ne uix quidem ab exemplaris tui scriptura discesserim .... codicis uetustas et bonitas hoc postulabat. In quo etsi aliquid desiderari credam, et indicio sit nouella ultima, cuius inscriptio ex notatione mea nescio quomodo irrepsit: permulta tamen ex eo nunc primum restituta, emendata, aucta dari ingenue polliceri possum."

14) Vide epistolas eius supra pag. VI et VII. relatas.

15) Vid. Crameri Hauschronik. 1822. 8. pag. 156.

16) Dissertation historique touchant la bibliothèque de P. Pithou, ad calcem uitae Pithoei ab eodem scriptae, quae primum prodiit Parisiis a. 1711. 4°. dein, paucissimis mutatis, ibidem 1716. 4°., denique in epitomen redacta, inter Thuani opera a Bukleio edita. Lond. 1733. fol. Tom. VII. num. XI. p. 1 .. 17. cfr. etiam (Grosley) vie de P. Pithou. Tom. II. pag. 225 sqq.

retineri, aut indiuisam uendi iusserat: eos denique libros, quibus propria manu multa adnotauerat, omnino uendi prohibuit [17]. At quae regiae bibliothecae destinata erant, Puteana gens diu retinuit [18]: librorum manuscriptorum magna pars in Thuanam bibliothecam abiit [19], cui etiam ex Puteana bibliotheca quaedam accesserunt [20]. Cetera Franciscus Pithoeus, Petri frater, cum propria bibliotheca partim collegio Trecensis Oratorii legauit, partim cognatae Pelleteriorum genti reliquit. Et Trecensis quidem collegii libri ex maiore parte in publicam ciuitatis Trecensis bibliothecam transfusi [illegible]t, cetera Prunellius, antecessor Montis Pessulani academiae, abstulit, et in bibliothecam Ordinis medicorum Montepessulanensis inuexit: utriusque indicem Cl. Haenelii beneficio nuper accepimus [21]. Pelleteriorum autem gentem uel hodie Pithoeanae bibliothecae reliquias tenere, Phaedrus ille testis est, quem ex bibliotheca Lud. Lepeletier de Rosanbo, Marchionis, Paris Franciae, a. 1830 Parisiis edidit Iulius Bergerus de Xivrey [22]: quamuis

---

17) Boivin l. c. p. 91 ... 98: „Memoire des livres, que je desire estre gardez, qui sont brouillez de ma main pour la pluspart." Atque inter hos nominantur leges Langobardorum, consultatio ueteris Iureconsulti, Iuliani nouellarum collectio edita a. 1576, agrimensores a Turnebo editi: Collationis liber editus ne inter hos quidem extat.

18) Boivin l. c. p. 34. 90. 91.

19) Boivin l. c. pag. 34. Atque his etiam adnumerandae sunt Theodosii imp. nouellae, quae ex Thuana in Colbertinam bibliothecam migrarunt. uid. Catalogus bibl. Thuanae, pars II. pag. 431 ed. Hamburg. Montfaucon bibl. mss. pag. 951.

20) Horum indices in Vrbe La Rochelle dicta etiamnunc extare, Haenelius testis est, catal. librorum mss. 1829. 1830. pag. 413: „Inventaires des livres mss. de M. du Puy, qui ont passé à M. de Thou. fol."

21) Catalogi libror. mss. pag. 230 ... 246. pag. 486 ... 490. Antiquiorem Trecensis bibliothecae indicem Grosleius exhibet.

22) cfr. etiam Io. Casp. Orellii praefatio ad Phaedrum, Turici a. 1832 editum, pag. 6 ... 12.

quaedam sint, quae ad Pelleterios nunquam peruenerunt, sed per Allenii atque Demaresii manus in regiam Parisiensem bibliothecam migrarunt [23]. Ab omnibus istis, inquam, bibliothecis Pithoeanus Collationis codex abesse uidetur. Nam Pelleteriorum quidem bibliotheca non nisi notas paucas suppeditauit, quae Pithoeorum fratrum esse dicuntur, et quibus Parisiensis Collationis editio a. 1689 aucta est: Trecensis autem bibliotheca, in qua diu omnem spem collocaueram, quod eam Iulianum nouellarum collectorem etiamnunc continere ex Haenelio scieb[illegible] [24], iam omnem meam exspectationem decepit, postquam a Cl. Bienero et ab Hirzelio Turicensi certior factus sum, hunc neque praeclarum illum Iuliani codicem esse, qui editioni a. 1576 inseruierat, neque Collationis ullum uestigium continere.

Quae cum ita sint, ea sola de indole Pithoeani codicis referri possunt, quae ex ipsius Pithoei editione, ex Cuiacii notis, ex Scaligerano apographo, et ex ceteris codicibus uel sciri, uel coniici possunt: quorum haec fere summa est:

Primum, quod etiam Hauboldus [25] et Bienerus [26] uiderunt: in hoc codice praeter Collationem non solum Dictatum de consiliariis, Collectionem de tutoribus, et singulas nonnullas Iustiniani nouellas fuisse, sed etiam integram Iuliani nouellarum collectionem. Nam eius rei quatuor certissima argumenta Bienerus attulit: noua autem probatio nobis inde existit, quod in Scaligerano Collationis apographo primo capiti adscriptum est:

---

23) Grosley l. c. p. 267. 268.

24) Haenelii catalogi, p. 490 in fine.

25) Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft T. IV. p. 152.

26) Geschichte der Novellen. 1824. pag. 407 ... 410. 605. 606.

K̄P. DXCII: secundo uero: K̄P. DXCIII: mox, tit. III. kap. 1, ubi Vercelleusis codex habet K̄P. XXIIII, Vindobonensis K̄P. XXIII, Scaligeranus exhibet: K̄P. DCXVI. Quorum numerorum nulla alia ratio esse potest, nisi ut nouellarum collectionis numeri continuentur: nam in Pithoeana editione DLXXXVIII Iuliani capita numerantur, post quae, paucissimis interiectis, Collationis primum caput numero DXCII notandum erat. Sed illud quoque hoc solo pacto explicari potest, quod tam in Scaligerano quam in Vindobonensi codice quaedam capita constitutiones uocari uidemus: nam ideo ita uocabantur, quod pro nouellarum constitutionum continuatione habebantur. Atque, ut etiam magno uiro humani quid accidere posse uideamus, in ridiculam plane opinionem Schultingius nota prima incidit, cum illud X̄P. DXCIII. (sic enim legebat) annum, quo Collatio conscripta esset, indicare posse crederet, quanquam a librario potius uel libri possessore hunc numerum profectum esse posse concedebat.

Alterum, quod de Pithoeano codice affirmare licet, hoc est, quod iisdem fere mendis scatebat, quae in Vindobonensi atque Vercellensi codice inueniuntur. Nam quamuis magna diligentia codicis scripturam Pithoeus expresserit, hoc tamen sibi permisit, ut accusatiui formam, quae sexcenties in codice pro nominatiuo uel ablatiuo occurrit, corrigeret: quod et ipse professus est in nota prima ad tit. I. kap. 3, et Scaligeranum apographum demonstrat. Sed et Papianus, non Papinianus, constanter in Pithoeano codice scriptum erat [27], quod et in lege Romana Visigothorum et apud Grae-

27) Vid. Pithoei nota ad tit. II. kap. 3. In Vindobonensi codice uariatum est inter Papianum et Papinianum, u. c. tit. IV. kap. 4, et aliis quibusdam locis.

cos pariter factum esse uidemus, ut uel in ipsius Iustiniani nouellas Papiani nomen bis irrepserit [28]. Porro domui pro domi in Pithoeano codice, sicut in ceteris, scriptum inuenimus tam tit. IV. quam tit. X. kap. 2. §. 6.: quod tamen, num merum uitium sit, dubitandum uidetur.

Tertium denique quod certissimum est, ad aetatem et integritatem Pithoeani codicis pertinet. Nam ceteris integriorem fuisse, tit. XVI. docet, antiquiorem uero ipse Pithoeus, cum codicem per annos octingentos et amplius in Mandubiorum aut Sequanorum bibliotheca latuisse dicat: unde octauo saltem saeculo scriptus esse uidetur.

IV. De apographo Scaligerano.

Extat in publica Lugdunensis academiae bibliotheca liber manuscriptus, numerum 61. ferens, cum hac inscriptione: „ex legato illustris Viri Iosephi Scaligeri." Is uero nostrum libellum continet a fol. 105. usque ad folii 123. paginam primam. Quae Collationem antecedunt, inscriptionibus collectis, aliisque rebus uarii argumenti constant, inter quas et Dositheanum fragmentum de iuris speciebus, fol. 88[b] . . . 91[a]: Collationem sequitur in tergo folii 123. Iustiniani nouella 138, nullo uacuo spatio relicto, sicut pag. 146 nostrae editionis adnotatum est. Vsi sunt isto Scaligerano apographo primum d'Oruillius, deinde Florentius Petrus Pittenius, Matthias Roeuerus, Hermannus Cannegieterus, Haenelius denique et Puggaeus. Doruillius enim principi P. Pithoei editioni omnia adscripsit, in quibus Scaligeranum apographum ab edito differt, quibusdam

28) Nouella IV et CVIII.

etiam ex coniectura, ut uidetur, additis: quem librum nunc cum ceteris Doruillianis Bodleiana Oxonii bibliotheca continet [29]. Haec autem diligentissime exscripsit, et humanissime mecum communicauit amicissimus Haenelius: quorum ope non semel contigit, ut de iis locis certior fierem, in quibus ceterae Scaligerani apographi collationes inter se discrepabant.

Petri Pittenii collatione usi sunt Schultingius, ut ipse refert in praefatione iurisprudentiae anteiustinianeae, et Cornelius Val. Vonckius [30]: Praeterea Schultingius pag. 940. 941. editionis suae uarias lectiones adiecit ex apographo Scaligerano et Parisiensi nouissima editione.

Roeuerus et Cannegieterus propriis scriptionibus, quae animaduertenda uidebantur, proposuerunt: alter in specimine ad loca quaedam iuris ciuilis deprauata [31], alter in commentario ad nostram Collationem. Quae autem Haenelius et Puggaeus ex eo apographo adnotauerunt, ea ut in meam editionem referrem, amicissime mecum communicata sunt. Atqui Puggaei adnotationes, cum a Boeckingio ad me missae essent, huic etiam tribuendae uidebantur, donec cognito uero auctore, hunc ipsum laudare licuit.

At ne post tot quidem eruditorum uirorum lucubrationes historia Scaligerani apographi omnibus explorata dici potest, cum de illo praesertim am-

---

29) cfr. Codices manuscripti et impressi cum notis manuscriptis, olim d'Orvilliani, qui in bibliotheca Bodleiana apud Oxonienses adseruantur. Oxonii 1806. 4. Numerus codicis est X. 2. 2. 13: praeterea inscriptum ei est: „Ioannes Gaesolus Cant."

30) Specimen crit. in uarios auctores. 1744. 8. pag. 37 sqq.

31) Vid. infra pag. 204. Plurima ex Scaligerano apographo cap. 13. eius speciminis referta sunt, sed quaedam omnino omisit Roeuerus.

bigendum uideatur, utrumne ex Pithoeano, an ex alio quodam codice exscriptum sit: nam a Dionysiano codice manasse, uel nuperrime Zimmernio uisum est [32]. Nobis autem persuasissimum est, Scaligeranum apographum exactissime Pithoeanum codicem exprimere. Cuius rei primum argumentum a coniunctissima amicitiae literarumque necessitudine peti potest, quae Scaligero cum Cuiacio fuit: alterum ipsius apographi indoles nobis suppeditabit. Etenim, ut iam de primo accuratius quaeramus, illo ipso triennio, quo Cuiacio nihil magis cordi erat, quam ut Pithoeanum codicem inspiceret, uel alium inueniret, Iosephus Scaliger Cuiacium uisendi ac iuris discendi causa Valentiam uenerat: aderat a. 1571 [33], aderat etiam a. 1572, teterrima ista S. Bartholomaei nocte, cum Cuiaciana domus ei refugium atque receptaculum esset contra sceleratissimos fanaticorum furores [34]. Tunc P. Pithoeus uitam periclitabatur, librorum partem amisit: tunc, ne omnia interirent, apographo Pithoeani codicis opus esse uidebatur. Quodsi alterius codicis notitiam tunc habuisset Scaliger, silentio nil dissimulasset: si postea eum inuenisset, non integrum descripsisset, sed in libro edito adnotasset, quae noua uidebantur. Denique a. 1581 iterum ad Cuiacium uenerat: quaenam uel tunc tacendi causa ei esse poterat, qui de Collatione a semetipso edenda nunquam cogitasse uidetur? Nam Cuiacium nunquam codices suos amicis denegasse, notissima res est [35].

---

32) Geschichte des röm. Privatrechts. Tom. I. pag. 30. not. 23.

33) Scaligeri epistolae. Francof. 1628. 8. num. 32. pag. 125. 126. num. 408. pag. 696.

34) Berriat S. Prix vie de Cujas, eclaircissemens §. 9. pag. 521 ... 327. Spangenberg Cujas p. 32. 34. 157. 158.

35) cfr. Cuiacii obss. I, 1. VII, 36. Berriat S. Prix pag. 421. 422. Spangenberg pag. 58.

Quid? quod inter ipsum Pithoeum Scaligerumque commercium fuit librorum manuscriptorum? Nam Dosithei Grammatici librum et Cuiacius? et Scaliger et P. Pithoeus inter se communicauerant, antequam a Pithoeo una cum nostra Collatione ederetur [36].

Videamus nunc de altero argumento, quod ex ipsa Scaligerani apographi indole prodire diximus. Continentur autem eo codice non solum uerba contextus, sed etiam notae et coniecturae margini adscriptae, quas ex uetere aliqua libro manasse, falso existimauit Roeuerus. Quae quidem adnotationes saepissime cum iis conueniunt, quas Cuiacium libro impresso adscripsisse, antea dictum est: adeo ut saepius sermonem cum Scaligero de ea re contulisse Cuiacius uideatur. Hoc leue est: at longe grauior probatio ex ipso contextu existit. Nam omnia fere, quae a Pithoeano codice absunt, quaeque nunc ex Vindobonensi ac Vercellensi suppleuimus, a Scaligerano pariter absunt, si ea excipias, quae etiam Cuiacius margini adscripsit, et uerbum temporarium, quod tit. VII. kap. 4. §. 1. Pithoeus perinde ac Cuiacius omisit. Ac minus fere inter Pithoeum Scaligerumque interest, quam inter Doruillium ceterosque, qui Scaligeranum apographum cum editis libris contulerunt. Sed, ut finem disputationi faciam, ex solo initio ac fine apographi omnia patent. Nam apud Pithoeum pariter ac Scaligerum sequi Iustiniani nouellam 138 iam antea notatum est: praecessisse autem utrinque Iuliani nouellarum collectionem, ex tribus numeris a Scaligero kapitibus adscriptis iam antea demonstrauimus.

---

36) Vid. Fred. Ad. Schillingii diss. de fragmento Dositheano. Lips. 1819. 8. pag. 12. 56 sqq. Eduardi Boeckingii praefatio Dosithei libro III. praemissa, Bonnae 1832. pag. VIII. XXI. XXII. Scaligerana pag. 128.

V. De Vindobonensi codice.

Venimus iam ad noua subsidia, quae nostro libro adhibere licuit. Et de Vindobonensi quidem codice illud in primis notandum est, Iuuauia eum in Imperatoris Austriae bibliothecam translatum esse, ideoque etiam nunc codicem Salisburgensem CCCLX. nuncupari. Est autem codex membranaceus, constans foliis 184, partim albis, partim subfuscis, scriptus saeculo undecimo uariis literarum formis, quae uersibus 31. in quaque pagina exhibentur. Titulorum kapitumque initia rubro uel etiam uario colore insignita, cetera atramento iam pallescente scripta sunt. Scribendi compendia praeter uulgaria raro occurrunt: nam haec fere sola leguntur:

p̄	= per.	⁹	= us.
p̄	= pro.	⁹	= ur.
p̄	= prae.	ſt̄	= est.
qđ	= quod.	ę	= ae, e.
—	= m, n, ut.	. !	interpungendi signa.

A literis i et y puncta absunt. Ex erroribus scriptoris nullus frequentior, quam quod accusatiui forma pro nominatiuo uel ablatiuo usus est: saepe etiam uel pro ue scriptum est. Ceterum in uerbis prouintia, subicio et his similibus constantem regulam sequi uidetur.

Quibusnam autem Vindobonensis codex praeter Collationem constet, hoc iam a Cl. Bienero relatum est [37]. Sunt autem haec:

1) Iuliani nouellarum constitutionum collectio.
2) Iustiniani nouella 34. 65, (quae postea folio euulso intercidit) et 114.
3) Summa nouellae 65.
4) Nouella 114. 143. 138.

37) Geschichte der Novellen. pag. 72. 79. 234. 240. 606. Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft Tom. V. Num. X. pag. 338 ... 357.

5) Summa nouellae 121.
6) Dictatum de consiliariis. uid. Zeitschr. V. 341 ... 344.
7) Collectio de tutoribus.
8) Nouella 134, hoc initio: „Quam iam uideor" etc., et Nou. 117 praef. cap. 1. 2., ex uulgata uersione.
9) Tractatus nondum editus, quindecim paginis constans, cuius initium est: „Primum et secundum capitulum non solum innouat anteriores leges, sed etiam confirmat." uid. Bienerum l. c. p. 234. et Zeitschr. V, 345 ... 352.
10) Iustiniani constitutio pro debitoribus in Italia et Sicilia, hoc initio: „Cum semper decursio." Vid. Bienerum p. 483. et Zeitschr. V, 352 ... 355.
11) fr. 12. Dig. de Testibus (22, 5.)
12) Locus incertae originis, de cecis et debilibus. Incipit: „Claudi et ceci et debiles pro furtius causa cum ad iudicium steterint." Vltima uerba sunt: „usque dum manifestare studeant huius rei notitiam." uid. Zeitschr. V, 355 ... 357.

Haec omnia in fine tandem folii 162^{b} index excipit, quo kapita nostrae Collationis, ita ut pag. 148 ... 155 huius libri exhibentur, notata sunt. Indicem ipsa Collatio sequitur, quae tamen in ultimo codicis folio his uerbis praeciditur: bonorum possessiones. EXPLICIT. Nam duo kapita et dimidium a tit. XVI. absunt.

Huius autem operis exactissima comparatio cel. Kopitarii auspiciis a Pirsnero confecta, Sauinii, carissimi praeceptoris mei, beneficio ad me peruenit. Praeterea alteram scripturae effigiem, quae ad pag. 103 huius editionis pertinet, et indicem kapitulorum accuratius descriptum amicissimo Bickelio debeo.

VI. De Vercellensi codice.

Hunc librum manuscriptum, qui Vercellis in bibliotheca Reuerendissimi maioris ecclesiae Capituli num. CXXII. insignitus adseruatur, inueni mense Octobri a. 1822, cum legis Langobardorum causa, cuius antiquissimum codicem ibi adesse, a cel. Peyronio certior factus eram, in illam Vrbem

uenissem [38]. Atque ex illo tempore nulla res magis mihi in desiderio fuit, quam ut gratias publice agere possem iis uiris, quorum auxiliis insigni illa bibliotheca uti mihi licuit. Amedeum dico Peyronium, magnum Taurinensis academiae sidus, Andream Couam, meritissimum apud Vercellenses causarum patronum, Peyronii cognatum: Reuerendissimum imprimis Vercellensis ecclesiae Capitulum, et qui omnium maxime me beneficiis suis deuinxit, Eusebium Ballocum, eiusdem Capituli canonicum, qui per uiginti et amplius dies non solum comes et custos ad omne officium promptissimus in bibliotheca mihi adfuit, sed libentissime etiam in laborum societatem, quo citius absolui possent, uenit.

Est autem codex membranaceus, quadratus maioris formae, binis columnis (si Iuliani kap. LXI .. CV. excipias) exaratus, quarum quaeque uiginti et nouem uersibus constat. Nec singula folia, nec foliorum quaterniones numeris uel custodibus, ut hodie dici solent, distincti. In locum primi quaternionis, qui deperiit, alium nunc codici praefixum uidemus, ab eadem manu scriptum, sed alieni argumenti plenum, et triginta uersibus in quaque pagina constantem. Vltima codicis folia humore in margine superiore adfecta, reliqua integra et quasi intacta sunt. Scripturae bina specimina tabula nostra continet, alterum (sub num. 2) elegantissimae formae, qualem longe maior pars codicis exhibet: alterum (sub num. 1) minus pulchri characteris, qui in fine codicis apparet, quo etiam Collatio nostra inde a tit. VI. kap. 4. §. 1. (uerb. commissa sunt) scripta est. Omnia uero ab

38) Cfr. quae dicta sunt a me in Itinere Italico, Tom. I. 1824. pag. 87 ... 100. et in Pertzii itinere italico (s. Archiv für deutsche Geschichtskunde Tomo V.) pag. 230 ... 239.

eadem manu, licet interuallo quodam, exarata esse uidentur. Tertium specimen ad ea uerba: „Ambrosius iudex hunc legem scrisi in hoc libro", pertinet: quae ad decimum uel undecimi saeculi initium referenda sunt, atque, cum ipso libro recentiora esse debeant, omnia ante medium saeculi XI. scripta esse optime demonstrant. Ceterum etiam illud notari potest, scribendi compendia, etiam uulgaria, raro inueniri, et interpungendi binas notas: . 7 semper fere coniunctas esse. Nam 7 pro et nusquam in hoc codice scriptum est. Literae a, una eademque semper forma est, quae in scripturae specimine exhibetur: r et f plerumque infra lineam reliquarum literarum ducuntur. Formae rubricis adhibitae a ceteris solo colore differre solent: nam iis, quae nunc capitales dicuntur, raro scriptor usus est. Singula uerba, quamuis male saepius diuisa, iunctis tamen literis constant. uel pro ue, subicio et his similia etiam in hoc codice frequenter obseruantur.

Nunc quibus partibus Vercellensis codex constet, uidendum est. Et primi quidem quaternionis hoc initium est:

INCIP NOM REGIONUM
ET CIUITATEM IN QUIBUS
SCORUM APOSTOLORUM
CORPORA REQUIESCUNT

Paullo post sequitur:

INCIPIT EXPOSITIO
OF
IIII euangl

At uero sub isto titulo pauca tantum uarii argumenti tam ex theologia quam ex iurisprudentia continentur, quibus iunctum est prooemium ad Iustiniani institutiones pertinens.

Secundus quaternio medio indice ad Iuliani nouellas his uerbis incipit: kp̄ CCXI. De abscentibus. At fol. 6. a tergo Iuliani indicem excipit index nostrae Collationis, sicut pag. 148 ... 155 a nobis editus est. Ipsa Iuliani collectio in constitutiones CXXXV et in capita DXCVI diuisa esse uidetur: finitur tamen const. CXXVIII, siue cap. DLXXXV. Nam reliqua, aliunde sumpta, haec sunt:

1) Iustiniani nouella 34.
2) Summa nouellae 65.
3) Nouella 114. 143. 138.
4) Summa nouellae 121.
5) Iuliani dictatum de consiliariis, usque ad uerba: „lege iterum nouellas duas constitutiones circa centesima decima relatas."
6) Denique haec, quae ad literam damus, sequuntur:

(*col.* 1. *uers.* 26.)
ma decima relatas. LEX. IIII.
ɗXCIII. CONSTITUTIO METRIDIATI
Pupilliſ uel adultis reſ
ſuaſ nec uindi nec donari

(*col.* 2.)
ul̄ cōmmutari licet nec cū fratre
ſuo . ɗXCIIII LEX. 1. IMP. ANTONINO
A MUCIANO Minor quod abſ
q, tutore ul̄ curatore uindedit
ul̄ obligauit dū at legitimā etatē
uenerit reſtituit̄ illi. ɗXCV. DE
DONATIO Donatio directa eſt
ubi in preſenti reſ dona tradit̄
Quod ſi donator
quartā ſibi non reſeruaberit
donatio non ualebit. ɗXCVI.
Si ſeruus ſciente dn̄o alienū ſer
uū ſubſtraxerit
Vindederit celauerit in ipſū
dn̄m anīaduertit̄ q̄d ſi id dn̄m
ignorante cōmiſerit in me
tallū datur : EXPL

In Kap. DXCVI nostrae Collationis tit. XIV. Kap. 2. §. 3. facile quisque agnoscet. Cetera unde manauerint nondum liquet: de Gregoriano uel Hermogeniano codice iam Bienerus coniecturam fecit[39].

Quod autem post Kap. DXCVI. uacui in eadem pagina relictum erat, hoc glossematum interpretationibus repletum est, quarum initium hoc est:

Seua .|. crudele. prestolatur .|.
expectetur. auidus .|. cupidus.

Finis uero: sciscitantes .|. interrogantes.

Iulianum eiusque appendices excipit tractatus DE INCESTIS, duabus paginis cum quarta parte tertiae constans, cuius initium est: „Cum omnis inlicitus concubitus." Sed iste tractatus ad theologiae partem moralem, non ad iurisprudentiam pertinet. Sequitur deinde tabula graduum cognationis, cui recentior manus ex Langobardorum edicto adscripsit legem Rotharith CLIII, his uerbis: "Omnis parentela ... quomodo nos dicimus. Ambrosiuſ iudex hunc legē ſcriſi in hoc libro. Sʒ ſ"

Atque post omnia ista, a tergo eiusdem folii quo Ambrosii nota legitur, nostra Collatio foliis 24 et dimidio scripta est usque ad tit. XVI. kap. 3. §. 13. uerb. ptineri 7: quam statim excipiunt aduersaria ex iurisprudentia morumque disciplina, tribus columnis scripta, hoc initio: „Intr̄. Quare in codico dr̄ familiae herciscunde. Rȳ" etc. Atque eiusmodi quaestionibus Isidori uerbis responderi solet. Vltima codicis uerba sunt: „Melius est uocare ad holera cū caritate, quā ad uitulū ſaginatū cū odio. 7

Sed praeter ea, quae contextum codicis efficere diximus, etiam notas non paucas tam margini quam

39) Geschichte der Novellen pag. 606.

inter lineas adscriptas inuenimus. Nam primae Iuliani parti uerborum interpretationes, etiam ex graeca lingua, saepius additae sunt: in altera romanorum pontificum epistolae uel conciliorum acta nonnunquam laudantur. Kapiti 97. (s. 96. ex eod. Pithoei) adscriptum est: "hic deest lex una." Collationi uero nostrae haec inserta uidemus:

1. Ad tit. I. kap. 7, in margine inferiori:
impr̄. iuſtin̄. a. Si quiſ cū telo ambulauerit hominiſ negandi cauſa| ſicut hiſ qui hominē occiderit pena ſubiacet.

2. Ad tit. II. kap. 5, in margine superiori:
iudici non est sine accusatore dampnare ꝙa et dn̄s iudas cū fur eēt ꝙa non eſt accuſatus minime abiecit.

3. Ad tit. IV. kap. 2:

a. In margine superiori:

Omnia ergo, que aduersus absentes in omni negotio aut loco aguntur|aut iudicantur, omnino uacue(n)tur, quoniam absentem nullus|addicit, nec ulla lex dampnat facile, ergo homo hominem|fallere potest, non tamen deum, cuius oculis omnia nuda sunt et| aperta. Vnde ait propheta: dominus nouit cogitationes|hominum, quoniam uane ſunt.

b. In margine inferiori:

kp̄ clerici qui in quacunque ſedi|
tione arma uolentes sumpse|
rint, reperti amisso ordinis|
ſui gradu in monesterio paenitentiae retrudantur.|

4. Ad tit. XII. kap. 1:
fabor .|. laus uel auxilio.

5. Ad tit. XIV. kap. 1:
INTerp̄tatio
Plagiarius est! qui hominē
liberū rapit et uendit.

6. Ad tit. XVI. kap. 2. §. 8:
Vide nostrae editionis pag. 128. in nota 90.

VII. De differentiis trium codicum, et de antiquissimo codice, a quo omnes manarunt.

Ex omnibus, quae Pithoeano, Vindobonensi et Vercellensi codici praeter Collationem communia sunt, iam uerisimile esse uidetur, ab uno eodemque fonte eos manasse. Quod posui, id ab omni dubitatione liberabitur, si etiam id exactius examinetur, in quibusnam isti codices in ipsa Collatione differant. Nam differentiae primum ad integritatem libri pertinent, deinde ad partes et kapitum diuisionem, denique ad singulas lectiones. Et de integritate illud certum est, tam in rubricis quam uersus finem Collationis Vindobonensem Vercellensi, Pithoeanum autem utroque integriorem apparere: quamuis alias etiam huic complura abfuerint, quae nunc ex istis restitui potuerunt. At cuique fere librario singulos uersus excidere solere, recurrente praesertim eadem uoce, notum est: et de fine libelli facile statui potest, paullatim ultima prisci exemplaris folia intercidisse. Quamobrem nec Pithoeanum codicem integram Collationem exhibere, facile crediderim, quamuis pro certo affirmare non ausim. Quid autem sit, quod Vercellensis codicis scriptorem uel ab eo proposito detinuerit, ut kap. CXXX, suo loco omissum, in fine libri repeteret (de quo uide pag. 128 nostrae editionis), hoc non intellego.

Alterum, in quo codices inter se differre uidemus, indices kapitumque partitiones sunt. De titulorum diuisione non dico; nam etiamsi solis titulis III. IV. V. et XII. XIII. XIV. XV. numeros additos uideamus, tamen omnia recte se habere iam pag. 207 nostrae editionis adnotatum est. At de kapitulis eorumque indicibus ita potius statuendum

est, unumquemque scriptorem haec pro suo arbitrio sibi confecisse, antequam ipsum librum describeret. Nam ex Pithoeano codice quatuor tantum kapitulorum uestigia supersunt: quorum tria supra pag. XXII. exhibita sunt, quartum autem in uerbo idem consistit, quod tit. XII. kap. 7. §. 8. cum medio contextu commixtum uidemus. Postea Vindobonensis codicis scriptor ea, quae indici destinauerat, in uetere codice deleuisse uidetur: cuius rei ualde singulare argumentum illud est, quod Vercellensis codex prima uerba, quae deleta erant, omittere, et ab iis exordium facere solet, in quibus Vindobonensis index desinit. Cuius rei permulta exempla tam ex ipso libro, quam ex indicibus kapitulorum afferri possunt: u. c. ex pag. 149 nostrae editionis, ubi haec leguntur:

Cod. Vind.	Cod. Verc.
Papinianus libro definitionum secundo sub titulo - - - -	de iudicatis personis.
Vlpianus libro XVIII. ad edictum sub titulo - - - - - -	si fatebitur iniuria etc.

At quam uanis rationibus se duci librarii passi sint, ut noui capitis initium facerent, uel etiam IDEM, ITEM insererent, hoc uel inde demonstrari poterit, quod tit. XVI. kap. 3. §. 6. in Vercellensi codice propter uerbum continuatur, et tit. XI. kap. 8. §. 1. in Vindobonensi propter uerbum et cetera (sic enim librarius scripsit pro ceterum) nouum kaput notari uidemus. cfr. etiam tit. XV. kap. 3. §. 3. in nota 52.

Atque in tanta librariorum incuria mirum nemini uidebitur, quod nec Vindobonensem quidem ac Vercellensem codicem pari kapitum numero distinctum uidemus. Quibusnam autem numeris inter se distent, hac tabula comprehensum est:

Cod. Vindob.				Cod. Vercell.
kap. 1 ... 13	-	-	-	1 ... 14
14 ... 27	-	-	-	15 ... 29
28 ... 33	-	-	-	30 ... 36
34 ...	-	-	-	37. 38
35 ... 51	-	-	-	39 ... 56
52 ... 66	-	-	-	57 ... 72
67 ... 89	-	-	-	73 ... 96
90 .. 102	-	-	-	97 .. 108
103 .. 113	-	-	-	109 .. 118
114. (115)	-	-	-	119
116 .. 119	-	-	-	120 .. 124
120 .. 124	-	-	-	125 .. 128
125. 126	-	-	-	129
127	-	-	-	130 .. 134
128 .. 132	-	-	-	Absunt.

Tertium denique, quo codices manuscripti inter se differunt, in singulis uerbis constat: cuius differentiae duae rationes afferri possunt: incuria librariorum et antiquissimi codicis ambigua scriptura. Vtriusque autem generis quaedam sunt, quae regulam quandam exprimere uidentur: ex quibus tam de aetate ac regione, in qua codices conscripti sunt, quam de literarum formis, quibus priscum exemplar scriptum erat, coniecturam facere licuit: quod mihi vel maxime auxilio fuit in singulis locis corrigendis. Nam in Gallia cisalpina tam Vindobonensem quam Vercellensem codicem conscriptum esse, hoc inde uerisimile fit, quod literas g, s, x, s et ss, item co et quo saepe in utroque permutatas uidemus: et priscam scripturam illius formae saepe fuisse, quae cursiua nunc uocari solet, ex iis, quae tabula nostra continet, scripturae speciminibus potissimum apparebit. At ne uel minora omittam, iam omnia, quae de una alteraue differentiae causa afferri possunt, hisce tabulis ante oculos ponenda erunt:

I. Literae librariorum incuria permutatae, uel additae:

ae, oe = ę passim.

e = i:

relegauit / religauit } III, 3, 4.

ciues / ciuis } IV, 5, 1.

geret / gerit } I, 13.

homines / hominis } I, 13.

diocletianus / dioclitianus } V, 4.

i = ii, ui.

domi / domui } IV. passim. X, 2, 6.

is / iis } passim.

subicio / subiicio } passim.

o = u.

cognatos / cogatur } VI, 2.

seductos / seductus } XV, 2, 1.

froditus / fronditus / funditus } I, 6.

b = p.

obtulerit / optulerit } I, 8.

b = u.

cibariarum / ciuariarum } X, 2, 5.

istebas / scaeuas } XV, 3, 4.

meturbine / metu ruinae } X, 7.

expiabit / expiauit } V, 3.

conubio / conuuio } IV, 5, 1.

dibus / diuus } XV, 2, 5.

beneficiis / ueneficis } passim.

c = qu.

commodum / quomodum } 1,

commodati / quomodati } X, 1.

cominus / quominus } X, 4.

cohibenda / quohibenda } VI, 4.

conubiis / quo nobis } VI, 4, 4.

costam / quos tam } VI, 4,

cohortatur / quo ortatur } VI, 4,

incertum / quaestum } XV, 2, 1.

d = t:

quid / fit } II, 5, 4.

g = s = (ss) = x.

abigeis / abiseis } tit. XI passim.

exuserit / exusserit } XII, 7, 2. 4.

laesae / lex et } IV, 11.

m = n:

componat / conponat

imponat / inponat

impulerit / inpulerit

immiserit / inmiserit } passim.

In his autem singulare prorsus est, quod Vercellensis codex ante tit. VI. kap. 4. semper con, uel in exhibet, postea uero cō, com uel ī, im: quod ad temporis interuallum, de quo supra pag. XXIX. XXX. dictum est, referendum uidetur.

Literae additae:

in:

incertum } XV, 2, 1.
quaestum }

imponat } XI, 3.
poena }

istebas } XV, 3, 4.
scaeuas }

m, am, em.

In accusatiuis, uid. pag. XXII. XXVII. 157.

p:

dampnare } et his similia. Vindobonensis semper hanc literam ad-
damnare } dit, Vercellensis usque ad tit. VI. kap. 4.

t:

interficere } IV, 2, 5.
interficeret }

laese } IV, 11.
lex et }

translatitie } IV, 11.
translatici et }

fieri } II, 5, 2.
fierit }

pertinere } I, 3.
pertinet ire }

sustine } I, 10.
sustinet }

II. Literae permutatae propter ambiguitatem prisci exemplaris.

a (ɑ) = e.

iactatur } I, 11, 2.
iettitur }

abaristi } I, 11, 2.
euaristi }

c = e.

sed uetus }
seductus } XV, 2, 1.
seductos }

c = g.

necare } I, 3, 2.
negare } VI, 4, 4.

inficere } XV, 3, 4.
infigere }

seculis } V, 3, 1.
regulis }

adfici } 1, 6, 4.
adfigi }

acreste } V, 3, 1.
agreste }

execrandas } XV, 3, 4.
et grande }

ca = da.

persica } XV, 3, 4.
perfida }

ci = d.

denūciandum } VIII, 7, 3.
denudandum }

cl = d.

cl } II, 5, 5.
ad }

diocletianus } VI, 4 inscr. 5 inscr.
diodetianus } XV, 3.

claudium } I, 11, 2.
daudium }

diocl. } I, 10.
quod }

ct = rt.

adfectus / adfertur } XI, 7, 3.

d = r, ſ.

qui rem / quidem } VII, 5, 4.

ſed / res } XII, 5, 1.

d = q.

diocl. / quod } I, 10. cfr. Scripturae specimina.

d = h, n.

huiusmodi / huiusmohi } XV, 2, 2.

domo / ex homo } X, 1, 1.

domui / eo nomine } X, 2, 6.

et (&) = ere, ex, ſi.

ſustinet / ſustinere } I, 10 fin.

et / ex } XV, 3, 4. XVI, 3, 5.

diocl. et / quod ſi } I, 10.

etiam = quam.

XV, 2, 3. Vide Scripturae specimina.

f = qu.

fit / quid } II, 5, 4.

manifestos / illa si quis os } II, 5, 5. Vide Scripturae specimina.

f = r, ſ.

infuere / inruere } VI, 4, 8.

perfida / perfica } XV, 3, 4.

h = d, l, n, ſ.

eo homo / domo } X, 1, 1.

(s)ua heres est / ualere et } XVI, 2, 3.

hanc / nunc } XVI, 4, 2.

ie = te.

sancieque / sancteque } VI, 4, 1.

n = r, ri, rt.

natione / ratione } X, 3.

herculano / herculario } I, 8.

manu / marii } I, 11, 2.

abigent / abigerit } XI, 8, 2.

agentis / ageritis } II, 6, 3.

humanam / humaria } XII, 7, 7.

insidians / insidiaris } I, 5, 1.

deponantur / deportantur } VIII, 5.

n = h, ſ, ſſ.

nanctum / hanc tantum / ſanctum } VI, 4. 6.

cenat / ceſſat } II, 4.

n = u.

canetur / cauetur XV, 2, 1.

deus eradicauit / denſeſ abdicant XV, 1, 3.

re = ſe.

re / ſe I, 8. VI, 4, 8. XIII, 3, 1. XV, 2, 2.

rectaſ / ſectaſ XV, 3, 3.

redde / ſed dii XV, 3, 2.

regulis / ſeculis V, 3, 1.

rem / ſe I, 8. VII, 5, 4. X, 2, 6.

rem per / ſemper X, 2, 7.

reſtertiorum / reſitrium / ſeſtertiorum IV, 5, 1.

re ueritate / ſeueritate VI, 4, 8.

reuerſuſ / ſeueruſ IV, 6, 1.

repraeberent / ſe praeberent XV, 2, 2.

deus eradicauit / denſeſ abdicant XV, 1, 3.

ri = ſi, ſu.

profiteri / p̄p̄u̇. ſi XII, 7, 6.

uariorumque / ſua ſuorumque XV, 2, 3.

(re, ri = ſſe, ſſi.)

obedire / obediſſe VI, 4, 3.

optaremuſ / optaſſemuſ VI, 4, 3.

exurit, exurerit / exuſſit, exuſſerit XII, 5. 7. paſſim.

r, rt = ſt.

artiliae / aſtiliae XII, 7, 6.

honerati / honeſtati VI, 4, 2.

uertitur / ueſtitur X, 2, 1.

incertuſ, incerte / inceſtuſ, inceſte / quaeſtuſ VI, 2..5. XV, 2, 1.

ur = us, os.

adfertur / adfectuſ XI, 7, 3,

experitur / expertuſ IV, 4, 2.

cogatur / cognatoſ VI, 2, 2.

uerberatur / uerberatuſ II, 2.

r, ſ = u (cfr. n.)

inrita / inuita XVI, 3,

ſoluenda / uoluenda XVI, 3, 6.

ue, ui = uel, ine.

ue / uel paſſim.

fiue / fiuel III, 3, 3.

domui / nomine X, 2, 6.

CAPVT TERTIVM.

DE EDITIONIBVS ET INTERPRETATIONIBVS COLLATIONIS.

Viginti Collationis editiones, quae nostram praecesserunt, notae sunt, quarum indicem in tabulis nostro libro adnexis pag. 205. 206. dedimus: quibus Rittershusii fortasse editio adcedit. Is enim a. 1594 in prooemio ad Iulii Pauli Sententias, pag. 193 et 194 ed. Schultingii, ita dixit: „Praeterea illae, quae sunt apud Licinium Rufinum, si modo is est auctor Collationis illius legum Iudaicarum et Romanarum, quae extat, edita primum a P. Pithoeo: et nuper a me in Enchiridion Iuris Quadripartitum relata est." At de eiusmodi libro nihil hactenus nec uidi, nec audiui. Atque, ut iam ad ea, de quibus dubitandum non est, reuertamur, ter tantum Collationem solam editam uidemus [1]: nam undecies uel duodecies cum aliis fontibus iuris romani [2], et quinquies inter opuscula de rebus sacris scripta prodiit [3].

1) a. 1573. 1574. 1656.

2) Cum Theodosiano codice aliisque partibus iuris anteiustiniani: a. 1586 (tam Geneuae quam Parisiis) a. 1593. 1607. 1815. Cum sola iurisprudentia anteiustiniana: a. 1671. 1717. 1737. 1744. Cum Vlpiano: a. 1768. Cum Iuliano, inter Pithoeorum obseruationes ad codicem et nouellas a. 1689. Haec uero omnia praecesserat H. Stephani editio inter Iuris ciuilis Fontes ac Riuos, a. 1580, quae tamen alios fontes, quos proprie nunc dicere solemus, non exhibet.

3) Cum Th. Bezae lege morali a. 1603: inter P. Pithoei opera sacra a. 1609: et inter criticos sacros Londini 1660. Tom. VIII. Francof. 1696. Tom. VIII. Amstelod. 1698. Tom. I. P. 2. col. 193 ... 248.

De Collatione omnium primum a Petro Pithoeo statim post tetram S. Bartholomaei diem edita haec memoratu dignissima narrat Boiuinus [4]:

„Diuersabatur (Pithoeus) in domo hominis uxorem Caluinianam habentis. Ea muliere et aliis hominibus, qui sub eodem tecto degebant, foedissime interemptis, aufugit Pithoeus in domum uicinam. Deinde cum apud Fabrum Parisiensis fori oratorem, qui proximus habitabat, dies aliquos latuisset, ad Antonium Loisellum se recepit, ubi in ecclesiam catholicorum redeundo amicis suadentibus teterrimae necis pericula euasit ...."

„Paucis post diebus quam edita est strages illa immanis, fragmenta ueterum Iurisconsultorum cum legibus Mosaïcis collata typis exprimi curauit. Item notas ad eam collationem; opus doctum et labore multo limatum, quod mirum est potuisse perfici in tanto aestu rerum, tantisque urbis tempestatibus. Eum librum Antonio Loisello dicare decreuerat. Sed hic mutandae sententiae auctor fuit: et consultius uisum est, nuncupari illud Christophoro Thuano [5]. Extat etiamnum epistola Pithoei ad Loisellum nuncupatoria, data IV. Nonas Septembres, decimo die post infestum illum S. Bartholomaei diem. Epistolae subscriptum hoc tetrastichon: [6]

Et perii per uos, et uos periistis amores:
Vna salus nobis, una ruina fuit.
Si qua tamen uitae spes est, hoc deprecor unum,
Viuite apud gratos, gratus ego inteream.

His uersibus Pithoeus libros queritur amissos, quod et initio epistolae facit, ubi scrinia sua praedae esse significat. Quae haud dubium est quin deinde ei restituta sint. In epistola hoc magni animi et forti uiro dignum: Ego iam opportunitate non lentae mortis nihil felicius statuo; quam non inuitus, si deus dederit, excipiam, pro uirili portione principi et patriae innocentiam daturus. Haec cum scriberet, praesens adhuc animo obuersabatur imago diei illius nefasti, quo tantum sanguinis effusum ciuilibus gladiis erat. Ac ne posteri igno-

4) Vita Pithoei pag. 12 ... 15.
5) Senatus principi, Iacobi Augusti patris.
6) Extant hi uersus inter Pithoei opera sacra, p. 815, ita inscripti: AD LIBROS. cfr. Boiuinus p. 114. Ipsa autem epistola legitur tam inter Loiselii opuscula (Opuscules de Loysel) pag. 261, quam inter P. Pithoei opera sacra pag. 808. 809. Quibus omnibus etiam ultima Piihoeani coumentarii uerba addi poterunt. Ceterum de auxiliis a Cuiacio, Nic. Fabro, Loiselio in emendando codice acceptis ipse Pithoeus dixit ad tit. III kap. 3. ad tit. IX kap. 3. et aliis locis.

rarent, librum inter haec elaboratum, exacto operi subiecta haec clausula: Petrus Pithoeus scribebam Lutetiae Parisiorum Dom. MDLXXII. mense Sept."

In ceteras Collationis editiones summa cum diligentia inquisiuerat Bienerus, quo tempore librum eo consilio, ut partem iuris ciuilis anteiustiniani expleret, tractabat: isque V. D. huius operae fructum ea, qua eximius est, comitate mecum communicauit. Hinc imprimis hoc didicimus, libros illos editos in tres ordines dispescendos esse. Primi ordinis ii sunt, qui in omnibus fere cum principe editione conueniunt: quo pertinent Basileensis editio a. 1574, et quinque illae iuris sacri collectiones, de quibus modo nota 3. dictum est. Nam etiamsi Pithoei notas emendatiores se exhibere omnes asserunt: hoc tamen de solis erratis typographicis intellegendum est, quorum partem editor Basileensis a. 1574 correxerat. Alter ordo eorum librorum est, qui in ipso libri contextu plus minusue Pithoeanum relinquunt, notas Pithoei uel prorsus omittunt, uel paucis additis repetunt: ex quorum numero sunt Geneuensis, Lugdunensis, Heidelbergensis, Leewiana editio. Tertius autem ordo ex iis libris constat, qui eo animo editi sunt, ut Pithoeani codicis auctoritas non leuiter abiiceretur, sed in notis potius, si fieri possit, uitia eius corrigerentur. Qua mente Stephanus, Cuiacius, Schultingius, Bienerus ad negotium processerunt. Atque inter hos etiam Parisiensis liber a. 1689 editus connumerandus est, qui ipsorum Pithoeorum notas auctiores ex bibliotheca Pelleteria continet: in quibus tamen quaedam editorem fefellisse uidentur. Nam quod uno loco de ipsius codicis scriptura refertur, hoc falsum esse, iam pag. 58 nostri libri admonitum est.

Multo citius defungemur commentariis recensendis, quos quatuor tantum habemus, Pithoea-

num, Schultingianum et Cannegieterorum duos. Quantis laudibus illorum praestantia, tanta reprehensione digna est horum tenuitas, praecipue eius commentarii, quem Io. Cannegieterus scripsit. Herrmanni tamen fratris liber non defraudandus est laudibus, quas Venemae sanum et exactum iudicium de locis ex Mosaica lege desumptis meruit.

In locis singulis emendandis primum Galli, deinde uero omnium maxime desudauerunt VV. DD. Batavi: neque tamen, post Roeuerum, improbo eorum labori par adfuit fortuna. Nam cum uel ipsi Roeuero raro contigerit, ut ueram lectionem acu tangeret: ea profecto licentia, qua Cannegieteri illi, Pauwius, Vonckius, Bondamus, Tydemanus, Bilderdykius, alii in Collatione refingenda grassati sunt, pro exemplo esse potest, quo saniorem quemque ab emendandi studio absterreas. Pleraque horum facinorum ab imperita manu perpetrata sunt in dissertationibus, quas uocant inauguralibus, quarum ipsos qui scripserunt, maturiore aetate suppuduisse facile crediderim: nam ludi potius exercitationes in mortuo capite factae, quam aegri corporis curationes esse uidentur. Bondamus larga manu eidem uulneri bina emplastra admouere solet: neque ipse suae medicinae fidem habere uidetur. „Olim suspicatus eram", sic praefari solet periculis suis. In cumulum malorum accedit peruersus tum temporis eruditorum uirorum mos, transsiliendi semper ab eo, quem tractant, scriptore ad alios omnes. At uero omnium maxima audacia insignis nouissime extitit Bilderdykius in explicando edicto Diocletiani et Maximiani de Manichaeis. Namque is huius edicti contextum discerpit in genuinam, quam existimat, partem, in glossemata et in uarias lectiones a librario adnotatas, hisque tribus, quas pro arbitrio constituit, partibus unumquodque uerbum si-

gillatim attribuit. Nec semel hoc paradoxon proposuisse sufficere ei uidebatur: nam quatuor abhinc annis iterum omnia prelo commisit, paucissimis tantum, iisque leuissimis additis. Ceterum omnium VV. DD., quorum lucubrationes in Collationem mihi innotuerunt, indicem pag. 198 ... 206 huius libri dedi.

Superest ut iam de mea ipsius opera in hoc libro edendo posita dicam. Ac primum quod attinet ad contextum libri, hanc legem mihi anxie obseruandam duxi, ut omnes lectiones e libris mss. enotatas, etiam ex apographo Scaligerano, commemorarem. Hinc sequitur, ut, quo loco in annotatione libri alicuius nulla extat mentio, hic liber cum contextu, qualem proposui, congruere existimandus sit. In his cum religiose agere mihi uiderer, meo iure me uti putaui, cum in lectione contextus saepe etiam a libris mss. discederem, eamque ad eam formam, quam ueram et primitiuam esse mihi persuaseram, exigerem. Multo autem minus id mihi officium iniungi passus sum, ut uanas omnes coniecturas referrem, quibus nunc post inuentos illos libros mss. commode supersedebimus: et solis indicibus literariis nec horum quidquam detrahendum esse censui.

Iam si quis ex me quaerat, quibus potissimum Collationis huius locis medicinam attulisse mihi uidear: primum ii indicari poterunt, quibus codicum auxilio scriptorem sibi restituere mihi contigit [7], deinde quibus coniectando potius eum sanaui [8].

---

7) u. c. II, 5, 5. VI, 9. 10. VII, 4, 1. X, 2, 2. XII, 7, 5. 7. XVI, 2, 8. 13. 16. XVI, 3, 2.

8) u. c. I, 6, 3. 1, 10. II, 4. II, 5, 1. IV, 10 (inique, Müllerus cj.) VI, 4. VII init. X, 2, 6. X, 6 inscript. X, 7, 9. XIV, 3, 3. XV, 2, 2. XV, 3, 3. XVI, 3, 3.

Attamen infitias non iero, etiamnunc in libro olim omnibus desperato restare locos difficiles, certe dubios nonnullos [9].

Quod ad orthographicas rationes attinet, canones a grammaticis constitutos non perinde custodiui, sed librorum mss. potius exemplum secutus sum: quo factum, ut interdum idem uerbum uariarem, ubi libri uariant, sicut modo dampnare, Papinianus, modo damnare, Papianus scripsi. Sed diphthongos ae et oe ad certam normam distinguere oportebat, quoniam formae deerant, quibus compendia scripturae a typographis exprimerentur.

Capitum diuisionem in §§. ipse primus institui, sed hanc, ubi fieri poterat, ei partitioni accommodaui, quae in locis alias iam editis, uelut in Pentateucho, in Gaii Institutionibus, in Paulo Visigothorum, in Digestis iam recepta esset. Quod consilium cum sequerer, §§orum modulo diligenter exaequando studere non poteram. Quae literae in libris mss. minio exornatae erant, eas capitalibus, quas dicunt, formis reddidi: qua in re hoc mihi erat incommodum, quod in codice Vindobonensi, qua in litera rubrica desineret et contextus incideret, multis locis parum compertum habebam.

Librum hunc si plenis commentariis instruere uoluissem, Schultingianus apparatus, qui multa continet praeclara, totus refingendus et instaurandus erat. Verum hoc negotium ad eum deferendum erat, qui totius operis Schultingiani uindex et secundus conditor futurus esset. Mihi hoc tantum sumpsi, ut maiori illi operi prima substruerem

9) u. c. I, 3, 2. I, 11, 2. II, 4 et XII, 7 in inscript. IV, 3, 2. V, 3. VII, 5, 6. VIII, 7, 2. IX, 2. X, 1. 3. XII, 5, 5. XII, 7, 6. XIV, 3, 3. XV, 2, 4.

fundamenta, id est, ut locos eiusdem argumenti, qui in opere Schultingiano, quippe quod mendis operarum saepius laborat, uel corrigendi uel supplendi erant, apponerem, atque ut accuratis indicibus conficiendis legentium commodis prouiderem. Quo simul factum esse spero, ut quisquis Brissonii opus de Verborum Significatione nobis primus restituet, is etiam ex meis indicibus aliquem fructum capere possit.

Nunc ut officio meo satisfaciam, reliquum est id unum, ut uiros doctos nuncupem, quorum opibus et consiliis in hoc edendi labore maxime adiutus sum. Plurima debeo Sauinio, qui non solum Vindobonensis Codicis lectiones, sed etiam edit. principem aliasque editt. rariores usui meo concessit, atque annotationem Schultingii, ipsius manu margini edit. Leewianae adscriptam, ex qua plurima quidem in commentarios Iurisprudentiae eius annexos translata, sed nondum omnia publico usui exposita sunt, et quicquid notarum idem Schultingius et Meermanus suo Iurisprudentiae exemplo in margine adleuerant, mecum communicauit. Bienerus praeterea me non solum exactissimis aduersariis suis de libris ante meum editis, sed etiam accuratiore notitia codicis illius Augustobonae apud Tricasses adseruati adiuuit, in quo Collationem inesse diu, sed falso, speraueram: cuius nunc etiam alteram notitiam, ab Hirzelio conscriptam, cel. Bluntschelio, Turicensis academiae antecessori, debeo. At quae ex Bernensi bibliotheca de Cuiaciano Collationis exemplari adnotanda erant, ea a Cramero, quem etiamnunc omnes lugemus, acceperam: quorum aliam partem in scriniis meis retinui, eam dico, quae non ad Collationis contextum, sed ad Pithoeanum commentarium (pag. 68 ... 106 libri Pithoeani) pertinet. Atque hoc loco etiam illud

monendum est, me semper hunc Cuiacii librum in mente habuisse, ubi Cuiacium simpliciter laudaui. Porro Bickelius amicissimus de codice Vindobonensi, Haenelius et Puggaeus de Scaligerano apographo et notis Doruillianis me multa docuerunt.

Restat, ut C. Odofredi Mülleri, cuius quotidiana fere consuetudo hoc biennio et uitae et studiorum meorum egregium fuit condimentum, eximia in hanc editionem merita grato animo commemorem, qui quidem, quotiens amicorum studia promouenda sunt, temporis nunquam parcus, nunc mihi quoque ope consilioque suppeditando mirifice profuit.

LEX DEI

SIVE

MOSAICARVM ET ROMANARVM

LEGVM COLLATIO.

INCIPIT LEX DEI QVAM [1] DEVS PRAECEPIT [2] AD MOYSEN.

TITVLVS PRIMVS.

DE SICARIIS ET HOMICIDIS, CASV VEL VOLVNTATE. [3]

Kp. I. [4] MOYSES DEI SACERDOS HAEC [5] DICIT: 1

Si quis percusserit hominem [6] ferro et occiderit eum, mortem [7] moriatur.

Si [8] autem manu lapideue [9], quo [10] mori possit, percusserit, et mortuus fuerit, homicida est: mortem [11] moriatur. 2

Si autem per inimicitiam impulerit eum, uel inmiserit super eum aliquod [12] uas ex insidiis, et mortuus fuerit, 3

Vel per iram [13] percusserit eum manu [14], et mortuus fuerit [15], mortem [16] moriatur. 4

---

1) LEGEM DEI QVOD Vind. Verc. 2) PRECOEPIT DOMINVS Vind. PRECEPIT DOMINVS Verc. 3) Haec verba: TITVLVS . . . VOLVNTATE absunt ab omnibus codicibus. 4) KP. DXCII. Scal. 5) HEC Vind. HAC Verc. 6) homine Verc. 7) morte Pith. et Verc. Sed mortem habent Vind. Scal. et Cuiac. 8) Sin Pith. 9) manum lapidem Vind. manu lapidem Verc. Scal. manu lapide Cuiac. 10) quod Vind. 11) Vid. not. 7. 12) aliquot Scal. 13) ira Verc. 14) manum Vind. 15) Vel per . . . fuerit Scal. omittit. 16) Vid. not. 7. 11.

Kap. I.] Haec extant in Moysis lib. IV (qui Numeri uocatur) cap. 35 uers. 16. 17. 20. 21, multis tamen mutatis in uersione uulgata; de quibus uid. quae dicta sunt a nobis in prolegomenis.

Kp. II. [1] PAVLVS QVOQVE LIBRO QVINTO SENTENTIARVM SVB TITVLO [2] AD LEGEM CORNELIAM [3] DE SICARIIS ET VENEFICIS [4] DICIT:

1 **Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit [5], eiusque rei causa [6], furtiue faciendi, cum [7] telo fuerit, et qui uenenum hominis necandi causa [8] habuerit, uendiderit [9], parauerit, falsumue testimonium dixerit, quo [10]) quis periret [11], mortisue [12] causam praestiterit.**

2 **Quae omnia facinora in honestiores poena [13] capitis uindicari [14] placuit; humiliores uero aut in crucem tolluntur, aut bestiis subiiciuntur. [15]**

Kp. III. VLPIANVS LIBRO VII. [1] DE OFFICIO PROCONSVLIS, SVB TITVLO DE SICARIIS ET VENEFICIS: [2]

1 **Capite primo [3] legis Corneliae de sicariis caue-**

---

1) KP. DXCIII. Scal. 2) Verba PAVLVS ... TITVLO absunt a Vindob. 3) Hic desinit rubrica in Verc.; quae sequuntur cum textu commixta sunt. 4) BENEFICIS Vind. beneficiis Verc. Quod quidem uitium et in sequentibus constanter occurrit. 5) eis ... occiderint ... fuerint et s. p. Paul. Visig. 6) causam Verc. Scal. 7) dum Vind. 8) causas Verc. 9) et uendiderit Vind. 10) quos Vind. 11) perisset Pith. 12) mortis suae Scal. Verc. 13) poenam Vind. Verc. 14) uendicari Verc. 15) subiciuntur Vind. Verc. obiiciuntur Paul. Visig.

1) Haec absunt a Verc., ita tamen, ut in margine legatur: Vlpiani. Quae sequuntur, extant quidem, sed sine rubro colore. 2) BENEFICIS Vind. beneficiis Verc. sicariis Scal. 3) prime Vind.

Kap. II.] Idem locus infra repetitur Tit. VIII. cap. 3. Extat etiam apud Paulum in lege romana Visigothorum, lib. V. tit. 23. §. 1.

§. 1. Lex ... fuerit.] Simil. Marcianus, fr. 1. pr. Ad leg. Cornel. de sicar. (48, 8). cf. Cicero pro Milone c. 4. et §. 5. Inst. de publ. iud. (4, 18).

et qui uenenum ... praestiterit.] Simil. Marcianus, fr. 1. §. 1. fr. 3. pr. ad leg. Cornel. de sicar. (48, 8).

§. 2.] Simil. Marcianus, fr. 3. §. 5. eod.

Kap. III. §. 1.] Iunge Vlpiani uerba, fr. 4. pr. Ad legem Cornel. de sicar. (48. 8). Simil. Cic. pro Cluentio cap. 54: "Iubet lex ea, qua lege haec quaestio constituta est, iudicem quaestionis ... cum his iudicibus, qui ei obuenerint ... quaerere de ueneno."

tur: "ut is [4] praetor iudexue [5] quaestionis, [6] cui sorte [7] obuenerit quaestio de sicariis eius quod in urbe Roma [8] propius [9] mille passus [10] factum [11] sit, uti quaerat [12] cum iudicibus, qui ei [13] ex lege sorte [14] obuenerint [15], de capite eius, qui cum telo ambulauerit hominis necandi [16] furtiue faciendi causa [17], hominemue occiderit, cuiusue [18] id dolo [19] malo factum erit" [20] ET RELIQVA.

[21] RELATIS VERBIS LEGIS MODO IPSE LOQVITVR [22] VLPIANVS [23]: 2

Haec lex non [24] omnem, qui cum telo ambulauerit, punit: [25] sed eum tantum, qui hominis necandi [26], furtiue faciendi causa [27] telum gerit, compescit [28]. Item eum, qui hominem occidit [29], coercet: nec [30] adiecit cuius conditionis hominem,

---

4) his qui Vind. Verc. 5) iudex uel Vind. Verc. 6) quaestionem Vind. 7) sortem Pith. 8) romae Vind. 9) propriis Pith. proprios Vind. proprius Verc. et propius cj. Cuiac. propiusue cj. Schulting. 10) mille passuum Vind. X milia passuum cj. Cuiac. 11) factus Pith. factums Verc. 12) utique erat Pith. 13) cui ei Pith. qui ea Vind. 14) legem sortem Pith. lege sortem Vind. 15) obuenerit Vind. Verc. 16) homines negandi Verc. 17) causam Verc. 18) cuius Pith. 19) dolus Scal. 20) fuerit Pith. 21) KAP. IIII. Vind. Verc. 22) Relatis ... loquitur absunt a Verc. 23) Vlpianus abest a Vind.; in Verc. sine minio scriptum est. 24) Haec lex non absunt a Verc. 25) Qui cum... punit. Haec uerba rubricam KAP. IIII. efficiunt in Verc. 26) negandi Verc. 27) causam Vind. 28) coerci compesci Pith. coherci compescit Vind. A Verc. utrumque abest. coercit compescit cj. Pith. gesserit compescit Ed. Paris. a. 1586 in marg. Nos Bondami coniecturam recepimus, quam proposuit in Var. Lect. II, 14. 29) Item ... occidit abest a Verc. 30) coercit nec Pith. coerciti in hac Vind. coercere ei in hac Verc.

§. 2. nec adiecit etc.] Simil. Marcian. fr. 1. §. 2. Ad leg. Cornel. de sicar. (48, 8.) cfr. Venuleius, fr. 12. §. ult. de Accusationib. (48,2.) Cicero pro Cluentio l. c.

ut et [31] ad serum et peregrinum pertinere haec [32] lex uideatur.

KP. IIII. [1] ITEM [2] PAVLVS LIBRO QVO [3] SVPRA, ET TITVLO [4] DICIT:

1 Homicida est, qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisue [5] causam praestitit.

KP. V. [1] ITEM DE CASVALIBVS [2] HOMICIDIIS [3] MOYSES LEGALITER DICIT:

1 Si autem subito [4], non per inimicitias [5], inmiserit super eum aliquod uas, non insidians [6],

2 Vel lapidem, quo moriatur, non per dolum, et ceciderit super eum, et [7] mortuus fuerit; si autem non [8] inimicus eius fuerit [9], neque quaesierit malefacere ei,

3 Iudicabitis [10] inter eum, qui percussit [11], et proximum [12] mortui, secundum iudicia haec,

4 Et [13] liberabitis percussorem.

---

31) et abest a Verc. 32) pertinet ire haec Pith. pertineret hec Verc.

1) v. Vind. Verc. 2) IDEM Verc. 3) LIBER QVOD Vind. LIBRO QVOD Verc. 4) TITVLVS Vind. 5) mortis suae Scal. Verc.

1) Huic kapiti numerum non addunt Vind. Verc. 2) causalibus Scal. Vind. Verc. 3) homicidis Pith. 4) subito abest a Pith. 5) inimicitiis Vind. 6) insidiauerit Vind. insidiaris Verc. 7) et abest a Scal. 8) si neque ed. Pith. Sed Scal. habet si autem, omisso non. 9) fuerit abest a Pith. 10) iudicabit is et Verc. 11) percusserit Pith. Sed Scal. habet percussit. 12) et proximum et Vind. 13) et abest a Vind. et Verc.

KAP. IIII] Iste locus, in lege romana Visigothorum omissus, nunc restitutus legitur apud Paulum lib. V. tit. 23. §. 2.

Kap. V.] Extat Moysis lib. IV. cap. 35. uers. 22-25.

Kp. VI. VLPIANVS LIBRO ET TITVLO QVI SVPRA RELATI [1]:

Distinctionem casus et uoluntatis in homicidio seruari, rescripto Hadriani [2] confirmatur. Verba rescripti: 1

"Et [3] qui hominem occidit, absolui solet [4], sed [5] si non occidendi [6] animo id admisit [7]: et qui non occidit, sed uoluit occidere, pro homicida [8] dampnatur" [9]. 2

"E re itaque [10] constituendum est, et [11] quo ferro [12] percussit Epafroditus. [13] Nam si gladium [14] instrinxit [15], aut telo [16] percussit, quid dubium est, quin [17] occidendi animo percusserit? Si claue [18] percussit, aut cucuma [19], cum [20] forte rixaretur: ferro percussit [21], sed non occidendi mente" [22]. 3

---

1) relati (extra rubricam) Verc. relato Scal. Cuiac. 2) adriani Verc. 3) set Scal. 4) Verba . . . solet. Haec rubro colore scripta sunt in Verc. 5) scilicet ed. Pith. set Scal. A Dig. totum uerbum abest. 6) occidenti Vind. Verc. 7) amisit Verc. 8) homicidam Vind. 9) damnatur Pith. 10) et re itaque Scal. Vind. tremitaque Verc. 11) ex omnes codd. et cj. Pith. 12) ferro quo cj. Cuiac. 13) ipsa funditus Pith. ipsa fronditus Vind. ipsa froditus Verc. Quantum autem in hoc loco emendando sudauerint uiri docti, in excursibus exponendum erit. 14) gladius Verc. 15) instrincxit Vind. strinxerit Dig. 16) telo omitt. Scal. et in eo Dig. 17) qui non Scal. Vind. Verc. 18) Sic lapide Pith. Si lapide cj. Cuiac. Si lapis Verc. A Vind. omnis ille locus: Si . . . ferro percussit, abest. Nos Digestorum lectionem recepimus, iam in Parisiensi editione a. 1586. margini adscriptam. 19) aut cucuma Verc. et Vind. omittunt. 20) aut cum Pith. Verc. 21) percusserit Verc. 22) occidendo mentem Vind.

Kap. VI. §. 1. Verba rescripti] De eodem Hadriani rescripto complura refert Marcianus, fr. 1. §. 3. Ad leg. Cornel. de sicar. (48, 8.) cfr. etiam Callistratus, fr. 14. eod.

4 "Ergo hoc exquirite, et [23] si uoluntas occidendi fuit, ut homicidam [24] seruorum [25] supplicio eum cruci [26] iubete adfigi" [27].

Kp. VII. [1] PAVLVS LIBRO QVINTO [2], TITVLO [3] QVO [4] SVPRA.

1 Qui hominem occidit, aliquando absoluitur, et qui non occidit, ut homicida dampnatur: consilium enim uniuscuiusque, non [5] factum puniendum est. Ideoque si [6] cum uellet occidere, casu aliquo perpetrare non potuit, ut [7] homicida punitur [8]; et is, qui [9] casu [10] teli hominem imprudenter ferierit, absoluitur.

2 Quodsi in rixa percussus homo [11] perierit [12], quoniam ictus [13] quoque ipsos [14] contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum [15], aut in metallum dampnantur [16], ho-

---

23) ut Vind. 24) homicida Vind. Verc. 25) seruum omnes codd. homicidii reum cj. Franc. Pith. seuero coniectura Noodtii, Probabil. IV, 9. 26) cum iure Pith. eo iure Vind. eum iure Verc. maiore cj. Franc. Pith. seruili cj. Cuiac. communi iure cj. Noodt. Sed nostram emendationem cap. II. h. t. satis confirmat. 27) adfici Pith.

1) VIII Vind. Verc. 2) LIBER TERTIVS v. Vind. LIBRO TERTIO QVINTO Scal. Verc. 3) TITVLVS Vind. 4) QVOD Verc. Scal. 5) non omitt. Verc. 6) qui Pith. Sed Scal. totum uerbum omittit. 7) et Vind. 8) puniatur Scal. Vind. Verc. punietur Paul. Visig. 9) his qui Vind. Verc. si quis Scal. sec. Böckg. 10) casu iactu Paul. Visig. 11) homo percussus Vind. 12) ferierit Verc. fuerit Pith. Vind. perierit Dig. 13) iocus Scal. botus Vind. uotus Verc. ictus Dig. 14) ipsos quoque Vind. quoque ipso Scal. 15) lutum Verc. 16) damnentur Scal.

Kap. VII. §. 1.] Extat apud Paulum Visig. V, 23. §. 3.

§. 2.] Hic locus restitutus est inter Pauli sententias l. c. §. 2.

Quodsi ... oportet.] Haec extant fr. 17. Ad leg. Cornel. de sicar., (48, 8), paucis mutatis.

nestiores dimidia parte [17] bonorum multati relegantur [18].

Kp. VIII. [1] ITEM GREGORIANVS LIBRO [2] XIIII. [3] AD LEGEM CORNELIAM [4] DE SICARIIS [5] ET VENEFICIS [6] TALEM CONSTITVTIONEM PONIT:

Imperator Antoninus Augustus Aure- 1
lio [7] Herculano [8] et aliis militibus. Frater uester rectius fecerit, si se [9] praesidi [10] prouinciae optulerit [11]; cui si probauerit [12], non occidendi animo [13] Iustam [14] a se [15] percussam [16] esse, remissa [17] homicidii poena [18] secundum disciplinam [19] militarem [20] sententiam proferet [21]. Proposita [22] prid. Kal. Febr. Laeto bis Cons. [23] [p. Chr. 215].

---

17) dimidiam partem Vind. demedia parte Scal. 18) multati religantur Vind. multat ire legantur Verc.

1) VIIII. Vind. Verc. 2) LIBER Vind. 3) IIII. omnes codd. 4) Hic rubricam finit Verc. 5) secariis Scal. 6) ueneficiis Scal. BENEFICIS Vind. beneficiis Verc. 7) Aurelio abest a Cod. Iust. 8) Herculario Vind. Verc. 9) si ne Scal. siue Vind. si rem Verc. 10) praesidis Vind. 11) obtulerit ed. Pith. 12) prouauerit Verc. 13) animi Vind. 14) Iustum Scal. sec. B. iusta Vind. Verc. hominem Cod. Iust. 15) re Vind. Verc. 16) percussa Verc. percussum Cod. Iust. 17) esse remissa omitt. Vind. 18) penam Vind. Verc. 19) disciplina Verc. 20) militare Vind. 21) proferret Scal. profert Vind. proferre Verc. 22) propositam Vind. propositio Scal. 23) prid. Kl. Febrū Letio uis conss Scal., additis in margine inferiori his uerbis: Aimilio Laeto II Anicio Cerenti Coss. Cod. Iust. habet: PP. II. Val. Febr. Laeto II et Cereale Conss. In Vind. et Verc. haec omnia desunt.

Kap. VIII ... X.] Has quae sequuntur, tres constitutiones, Schultingius Gregoriano codici inseruit lib. XVIIII. tit. 3. Vide infra ad tit. III. cap. 4.

§. 1.] Extat const. 1 Ad leg. Corn. de sicariis (9, 16), additis quibusdam ex cap. VIIII huius tituli.

KP. VIIII. [1] ITEM GREGORIANVS EODEM TITVLO ET LIBRO TALEM CONSTITVTIONEM PONIT:

1 **Imp. Alexander A. Aurelio Flauio [2] et aliis militibus. Si modo pro quo [3] libellum dedistis, non dolo praestitit [4] mortem, minime perhorrescat [5]: crimen quippe ita [6] contrahitur [7], si et [8] uoluntas occidendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improuiso casu [9] potius, quam fraude [10] accidunt [11], fato [12] plerumque, non noxae [13] imputantur. Prop. XIII. Kal. Aug. [14] Alexandro Cons. [p. Chr. 222].**

1 KP. X. [1] ITEM GREGORIANVS EODEM LIBRO ET TITVLO TALE RESCRIPTVM DEDIT:

Diocletianus et (Maximianus) Domini nostri [2]. Haue Agato [3] karissime nobis [4].

---

1) X Vind. Verc. 2) Fauio Pith. 3) quo abest a Vind. 4) prestetit Verc. 5) perorrescat Verc. 6) crimen enim Cod. Iust. 7) contraitur Verc. 8) et si Scal. si et ita Vind. 9) Verba ex improuiso . . . fato Scal. omittit, lacunam asterisco indicans. ex abest a Verc. ex improbis occasum Vind. 10) fraudem Vind. 11) accedunt Verc. 12) foto Vind. facto Verc. 13) noxa Scal. sec. Doruill. 14) Id. Augus Scal. Omnis subscriptio abest a Vind. et Verc.

1) XI. Vind. Verc. 2) Huius inscriptionis manca tantum fragmenta in codicibus extant: Quod si dūm Pith. quod si DNN Vind. quod si dNN Verc. In Cod. Iust. inscriptio ita se habet: Exemplum sacrarum litterarum. Diocletianus et Maximianus A. A. Agatho. Nobis autem persuasum est, in uerbis quod si, latere: diocl. et; quam quidem opinionem tam in excursibus quam in tabulis, quae scripturae instar continent, probare studuimus. 3) Habe Agato Pith. Habe Agatu Scal. sec. H. Habe Agatū Scal. sec. B. habe gatu Vind. In Cod. Iust. uerba Haue . . . quippe quod omissa sunt. 4) K. N. omnes codd.

Kap. VIIII. Crimen etc.] Quae sequuntur, Tribonianus fini constitutionis antecedentis adtexuit, resecta subscriptione.

Kap. X. Hoc rescriptum paucis mutatis extat const. 5. Ad legem Corneliam de sicariis (9, 16).

Qualitas precum [5] Iulii [6] Antonini clementiam nostram facile [7] commouit: quippe quod adseueret [8], homicidium [9] se non uoluntate [10], sed [11] casu [12] fortuito [13] fecisse [14], cum calcis [15] ictu [16] mortis occasio [17] praebita [18] uideatur [19]. Quod si [20] ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni eum [21] metu ac [22] suspicione [23], quod ex [24] admissae rei [25] discrimine sustinet [26], secundum id quod adnotatione [27] nostra comprehensum est, uolumus liberari. Dat. prid. [28] Kal. Decemb. [29] Diocletiano Aug. IIII. [30] et Maximiano Cons. [31] [p. Chr. 290].

KP. XI. [1] VLPIANVS LIBRO [2] ET TITVLO QVO [3] SVPRA:

Cum quidam per [4] lasciuiam [5] causam mortis 1
praebuisset, comprobatum est factum Taurini Eg-

---

5) pre.eum Verc. 6) Iuli Pith. 7) facilem Vind. Verc. 8) Eum qui adseuerat Cod. Iust. 9) humicidium Verc. 10) uoluntatem Vind. 11) sed omitt. Vind. 12) casum Verc. 13) fortuitu Vind. 14) fecisset Scal. Vind. Verc. 15) calicis Scal. Vind. 16) ictum Scal. Vind. Verc. 17) occusu Vind. 18) praeuitat Scal. praebuita Vind. preuita Verc. 19) uideat Scal. sec. B. 20) Si hoc (omisso quod) Cod. Iust. 21) omnium Scal. Vind. Verc. A Cod. Iust. eum abest. 22) metuat Vind. 23) suspitione Scal. suspectionem Vind. 24) quam ex Cod. Iust. ex abest a Vind. 25) admiserit ei Vind. admise rei Verc. admissi ed. Pith. 26) sustinere Vind. 27) adnotatio Vind. Verc. 28) VII Cod. Iust. 29) decēber Vind. Decemb. Sirmii Cod. Iust. 30) III Scal. 31) ipsis A. A. IIII et III Conss. Cod. Iust. — In Verc. omnis subscriptio omittitur.

1) XII. Vind. Verc. 2) LIBRO omitt. Verc. 3) QVOD Scal. Verc. QVI Vind. 4) per abest a Scal. sec. B. (?) 5) lasciuiam nimiam Vind.

Kap. XI] Hoc caput inseruit Charondas praefationi digestorum editionis a se curatae, quam scripsit ad senatum Parisiensem a. 1572: de qua re uide, quae in prolegomenis notata sunt.

§. 1.] Haec leguntur fr. 4. §. 1. Ad leg. Cornel. de sicar. (48, 8).

Kp. XII. [1] MODESTINVS [2] LIBRO [3] DIFFERENTIARVM SEXTO SVB TITVLO DE SCIENTIBVS ET IGNORANTIBVS, GENERALITER LOQVITVR [4]:

1 **Nonnunquam per ignorantiam delinquentibus [5] iuris ciuilis [6] uenia [7] tribui solet, si modo rem facti [8] quis, non iuris ignoret: quae scilicet [9] consilio [10] delinquentibus praestari [11] non solet. Propter quod necessarium est, addita distinctione [12] considerare, utrum sciente an ignorante aliquo [13] quid gestum proponatur.** ET RELIQVA.

Kp. XIII. [1] PAVLVS LIBRO ET TITVLO [2] QVO [3] SVPRA.

1 **Qui telum tutandae [4] salutis [5] causa gerit, [6] non uidetur [7] hominis [8] occidendi causa [9] portare.**

2 **Teli autem [10] appellatione [11] non tantum ferrum continetur, sed omne, quod nocendi causa portatum est.**

---

1) XIIII Vind. XV Verc. 2) Verba: Modestinus ... titulo Vind. capiti praecedenti iungit, Verc. prorsus omittit. 3) librum Vind. 4) loquitur aliter Vind. 5) delinquentium Vind. 6) iuris ciuili Scal. iure ciuili ed. Pith. 7) ueniam Vind. 8) pacto Pith. facto Vind. Verc. facti ed. Pith. 9) qui scilicet Scal. Vind. quis licet Verc. 10) consilium Vind. 11) praestare Vind. 12) additam distinctionem Vind. 13) scientiae an ignorantiae aliquod Verc.

1) XV Vind. XVI Verc. 2) liber et titulum Vind. 3) quod Scal. Vind. Verc. 4) tuta de Verc. 5) salutis suae Dig. 6) ageret Pith. geret Scal. sec. H. et ed. Pith. gerit Vind. Verc. gerunt Dig. 7) uideatur omnes codd. uidentur Dig. 8) homines Verc. 9) causam Vind. 10) autem abest a Scal. sec. H. 11) appellationem Verc.

Kap. XIII] Restituta sunt haec Paul. V, 23. §. 7.

§. 1.] Extat fr. 11. §. 2 Ad leg. Iul. de ui publica (48, 6).

§. 2] Similia leguntur fr. 11. §. 1. eod.: "Telorum autem appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur."

EXPLICIT TITVLVS [1] DE SICARIIS [2] ET HOMICIDIS, CASV VEL VOLVNTATE. INCIPIT DE ATROCI INIVRIA [3].

TITVLVS SECVNDVS [4].

KP. I. [5] MOYSES DICIT.

Si autem contenderint [6] duo uiri, et percusse- 1
rit alter [7] alterum lapide [8], aut pugno, et non fuerit mortuus, decubuerit autem [9] in lectulo,

Et si surgens ambulauerit homo fortis [10] in 2
baculo suo [11], sine crimine erit ille, qui eum percusserat; praeterea cessationis [12] eius [13] mercedem dabit ei [14] et medico inpensas curationis [15].

KP. II. [1] VLPIANVS LIBRO SINGVLARI REGVLARVM [2] SVB TITVLO DE INIVRIIS.

---

1) TITVLVS abest Vind. TITVLO Verc. 2) Hic claudit rubricam Verc., omissis uerbis: casu...iniuria. Vind. omittit uerba: et homicidiis . . . uoluntate. 3) ATROCINIIS INIVRIIS Vind. In Verc. omnis rubrica desideratur, immo nec uerba: Moyses dicit, minio scripta sunt. 4) Haec duo uerba absunt ab omnibus. 5) XV (?) Vind. XVII Verc. 6) contenderit Verc. 7) unus Vind. 8) lapidem Vind. 9) et decubuerit Vind. 10) foris ed. Pith. 11) suo abest a Pith. Vind. 12) praeter accessionis Pith. Vind. praeter accessationis Verc. praeter cessationis cj. Pith. 13) eius omitt. ed. Pith. Sed apud Scal. extat. 14) ea Scal. 15) curationes Scal.

1) XVII Vind. XVIII Verc. 2) LIBRO REGVLARI ed. Pith. LIBRO REGVLARIS Scal. LIBRO SINGVLORVM DE Vind. A Verc. uerba VLP. . . . TITVLO absunt.

Kap. I.] Haec extant Exod. XXI, 18. 19.

1 Iniuria [3], si quidem atrox, id est grauis est [4], non sine iudicis arbitrio [5] aestimatur [6]. Atrocem autem aestimare [7] solere praetorem; idque [8] colligi ex [9] facto, ut puta si uerberatus [10] uel [11] uulneratus quis [12] fuerit. ET RELIQVA.

KP. III. [1] PAPIANVS LIBRO DEFINITIONVM SECVNDO SVB TITVLO [2] DE IVDICATIS. [3]

1 Per hominem liberum [4] noxae [5] deditum [6], si tantum adquisitum sit, quantum [7] dampni [8] dedit [9], manumittere cogendus [10] est a praetore [11], qui noxae [12] deditum [13] accepit: sed fiduciae iudicio [14] non tenetur.

KP. IIII. [1] VLPIANVS LIBRO XVIII [2] AD EDICTVM

---

3) iniurias Vind. 4) grauis rerum Pith. 5) iudici arbytrio Vind. 6) extimatur Verc. extimat Scal. sec. Doruill. 7) extimare Verc. 8) atque Pith. 9) collegit. Et Vind. colligit ex Verc. 10) uerberatur Verc. 11) aut Vind. 12) quis abest a Pith.

1) XVIII Vind. XVIIII Verc. 2) Papianus . . . titulo abest a Verc. 3) IVDICATIS PERSONIS Verc. 4) HOMINVM LIBERORVM Verc. hominem liberorum Vind. 5) noxiae Pith. moxa Vind. mox Verc. 6) editum Verc. 7) quanti Vind. 8) damnum Pith. 9) dedito Vind. 10) quogendus Verc. 11) a praetutore et Vind. pretor. Et Verc. 12) noxa et Scal. noxa Verc. 13) editum Verc. 14) iudici Verc.

1) XVIIII Vind. XX Verc. 2) Sic Scal. et Dig. XVIIII Pith. Vind. In Verc. uerba VLPIANVS . . . TITVLO omittuntur.

Kap. II. non sine iudicis etc.] Simil. Gaius, Inst. III, 224 init. §. 7. med. Inst. de Iniuriis (4, 4).

Atrocem . . praetorem.] Simil. Gaius Inst. III, 224 med. cfr. Vlpianus, fr. 2 fin. de Feriis (2, 12) et Paulus, cap. VI h. t.

ex facto] adspectu, fr. 2 fin. de Feriis.

Kap. III.] cfr. Gaius, Inst. I, 141. §. 3. Inst. de Noxalib. actionib. (4, 8).

fiduciae iudicio] cfr. Vlpianus, Fragm. XI, 5.

Kap. IIII.] Extat fr. 27. §. 17. Ad legem Aquiliam (9, 2).

SVB TITVLO [3]: SI FATEBITVR INIVRIA [4] OCCISVM ESSE [5], IN SIMPLVM ET CVM DICERET [6]:

Rupisse eum utique accipiemus, qui [7] uulne- 1
rauerit, uel uirgis, uel loris [8], uel pugnis cecidit [9], uel telo, (uel) [10] cum aliouis [11] genere sciderit [12] hominis [13] corpus, uel tumorem [14] fecerit; sed ita [15] demum, si damnum [16] datum est. Ceterum [17] si in nullo [18] seruum pretio uiliorem deterioremue [19] fecerit, Aquilia [20] cessat [21], iniuriarumque erit [22] agendum [23]. Ergo et si pretio [24] quidem non sit deterior [25] factus seruus [26], uerum [27] sumptus in salutem [28] eius et sanitatem [29] facti sunt, in haec nec [30] mihi uidetur [31] damni [32] Aquilia lege [33] agi [34] posse.

---

inrogare, uel principum [19], Orienti uir carissime nobis [20].

2 [21] Laudanda igitur experientia tua [22] omnes [23], quibus [24] flagitiosus luxus [25] est uirile [26] corpus muliebriter [27] constitutum alieni sexus [28] dampnare [29] patientia [30], nihilque [31] discretum [32] habere cum feminis, occupatos [33], ut flagitii poscit inmanitas, atque omnibus eductos [34], pudet dicere, uirorum lupanaribus, spectante [35] populo flammis [36] uindicibus expiabit [37]: ut uniuersi intellegant [38], sacrosanctum [39] cunctis esse debere hospitium [40] uirilis

---

19) principium omnes codd. principum cj. Cuiac. et Iac. Gothofr. Sed principium uel pro genitiuo accipi posse, ipse Cuiacius cum aliis monuit. 20) orienti aguc nouis Pith. orienti AGVE (?) NOUIS Scal. Orienti, ceteris omissis, Vind. Verc. De uariis emendationum generibus in hoc loco tentatis in excursu VII. plura dicenda erunt. 21) KAP. XLIII Vind. KAP. XLVII IDEM Verc. 22) Haec absunt a Vind. Verc., item a const. 6. Theod. cit. 23) Omnibus Vind. et Cod. Wirceburg. leg. rom. 24) qui ius Verc. 25) lus Vind. lusus cj. H. Canneg. p. 176. flagitii usus, flagitii usu, uel flagitiosum, lex romana Visig. 26) uiri Pith. uirili Vind. Verc. uirile lex rom. Visig. 27) muliebriliter Vind. 28) sexu Vind. 29) damnare Pith. Verc. damnata lex rom. Visig. ex edit. Sichardi. taminare cj. Io. Canneg. ad h. l. 30) patientiam Vind. Verc. 31) nihil enim Theod. Cod. 32) discretu Vind. discretum uidentur Theod. Cod. 33) occupatus Vind. In Theod. Cod. uerba occupatos ... lupanaribus desiderantur. 34) seductos omnes codd. 35) huiusmodi scelus spectante (uel expectante) Theod. Cod. 36) flammas Vind. flammae Verc. et Scal., qui postea correxit: flammis. 37) expiauit Vind. Verc. expiabunt Theod. Cod. 38) intelligant Pith. Vind. intellegat Verc. 39) sacrosanctis Vind. Verc. 40) ospitium Verc.

ut uniuersi ... animae] ad Corinth., cap. III. uers. 46. Simil. Paulus Apost., epist. I. cap. VI. uers. 19.

animae, nec sine summo supplicio alienum expetisse sexum, qui suum turpiter perdidisset. Prop. pridie Id Maias [41], Romae [42], in atrio Mineruae [43]. (p. Chr. 390.)

EXPLICIT TITVLVS [1] DE STVPRATORIBVS. INCIPIT DE INCESTIS NVPTIIS.

TITVLVS SEXTVS [2].

KP. I. [3] MOYSES DICIT:

Quicunque concubuerit cum muliere [4] uxore [5] 1
patris sui, pudenda [6] patris sui [7] detexit, mortem [8]
moriantur [9]: ambo rei sunt.

Et quicunque concubuerit cum nuru [10] sua [11], 2
mortem [12] moriantur [13]: ambo rei sunt.

KP. II. [1] VLPIANVS LIBRO REGVLARVM SINGVLARI [2]

41) perdidisse proprie dixi maias Vind. perdedisset propridie maiias Verc. Id. etiam Scal. omittit. 42) romae omitt. Verc. 43) minere Pith. minerue Verc. In Theod Codice omnis inscriptio ita se habet: PP. in foro Traiani VIII. Id. August. Valentiniano A. IIII. et Neotherio Coss.; de qua diuersitate Iac. Gothofredus complura adnotauit.

1) TITVLVS a Vind. abest. TITVLO Scal. In Verc. uerba explicit ... stupratoribus desiderantur. 2) Haec ab omnibus absunt. 3) XLIIII Vind. XLVIII Verc. 4) mulierem Vind. 5) uxorem Vind. Verc. 6) pudendam Vind. 7) patris sui omitt. Verc. 8) morte ed. Pith. 9) moriatur Scal. Verc. 10) nurum Vind. nutru Verc. 11) suam Vind. 12) morte ed. Pith. 13) moriatur Scal. Verc.

1) XLV Vind. XLVIIII Verc. Ceterum de toto hoc kap. conferendus est cel. Schillingius in diss. critica de Vlpiani fragmentis. 1824. 8. p. 11..46. 2) libro regulari ed. Pith. liber singulari Vind. libro singulari Scal. Verc. regularum cj. Cuiac. singulari regularum cj. Pith. regular. l. cj. Hugo hist. iur. rom. p. 653 ed. VIII. et pag. 741 ed. IX.

qui suum turpiter perdidisset] Simil. Constantius, const. 3. Theod. Ad leg. Iul. de adulter. (9, 7.): "sexus perdidit locum."

Kap. I.] Extat Leuitic. XX, 11. 12.

Kap. II.] Extat inter Vlpiani fragmenta, tit. V. §. 6. 7.

SVB TITVLO DE NVPTIIS [3].

1 Inter parentes et liberos (infinite) [4], cuiuscunque [5] gradus sint [6], conubium [7] non est.

2 Inter cognatos [8] autem ex transuerso [9] gradu olim quidem usque ad quartum gradum [10] matrimonia contrahi non poterant [11]: nunc autem (etiam) [12] ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum [12b] fratris filiam [13], non etiam sororis [14], nec [15] amitam [16] nec [17] materteram [18], quamuis eodem gradu sint [19].

3 Eam quae [20] nouerca uel priuigna, uel quae [21]

---

3) de nuptis sub titulo Pith. nuptiis sub titulo Vind. de nuptiis titulo Verc. v. T. de his qui in potestate sunt Vlp. fragm. quod praefert Schillingius l. c. p. 42 .. 46. 4) infinite ex Vlpiani fragmentis adscripsi. 5) cuiusque ed. Pith. Verc. cuiuscunque Scal. Vind. et fragm. Vlp. 6) sint abest ab Vlp. fragm. sit Vind. 7) conubium Pith. 8) cogatur Vind. Verc. 9) transuersu Verc. 10) usque ad quartum gradum omitt. ed. Pith. gradum omitt. Scal. sec. Haen. (?) 11) conpeterant (omisso non) Vind. 12) etiam ex Vlpiani fragmentis adscripsi: cuius rei rationes Schillingius reddit p. 20 ... 24. 12b) tamen Vlp. fragm. Vanam Hotomani emendationem notat Schillingius p. 28. 29. 13) filia Vind. Verc. Vlp. fragm. 14) sororis filia Vlp. fragm. 15) aut Vlp. fragm. 16) amita Vind. Vlp. fragm. 17) uel Vlp. fragm. quod receperunt Schultingius, Gerardus Meermanus atque Io. Cannegieterus. et amitam, non materteram cj. Pet. Faber. 18) matertera Vind. Verc. Vlp. fragm. 19) sit Vlp. fragm. 20) eademque uxore Vlp. fragm. de quo uid. Schillingius. eaque Verc. 21) quae abest ab Vlp. fragm. quem Vind.

§. 1.] Simil. Gaius, institt. I, 59. §. 1. Instt. de Nuptiis (1, 10.)

§. 2.] Simil. Gaius I, 60-62. §. 2. 3. 5. Institut. de Nuptiis (1, 10.) Plutarchus, quaest. rom. cap. 6 in fine.

nunc autem etc.] cfr. Tacitus, Annal. lib. 12. cap. 5-7. Sueton. in Claudio cap. 26. Capitolinus in Marco Antonino, cap. 7. Constantinus et Constans, const. 1. Theod. de Incestis nuptiis (3, 12.)

non autem sororis.] Simil. Paulus, kap. 3. h. t. Dio Cassius, lib. 68. cap. 2.

nec amitam etc.] Simil. Gaius, fr. 17. §. 2. de R. N. (23, 2.)

§. 3.] Simil. Gaius, Institt. I, 63. §. 6. 7. Institt. de Nuptiis

nurus [22] uel socrus [23] (nostra) [24] fuit, uxorem [25] ducere non possumus.

Si quis eam [26], quam non licet, uxorem duxe- 4
rit, incestum [27] matrimonium [28] contrahit [29]: id-
eoque liberi in potestate [30] eius [31] non fiunt, sed
quasi uulgo concepti [32], spurii [33] sunt.

KP. III. [1] PAVLVS LIBRO SENTENTIARVM (SECVNDO) [2] SVB TITVLO DE NVPTIIS [3].

Inter parentes et liberos [4] iure ciuili matrimo- 1
nia contrahi non [5] possunt, nec filiam [6] sororis aut
neptem uxorem [7] ducere possumus [8]: proneptem [9]
aetatis ratio prohibet.

Adoptiua cognatio [10] impedit [11] nuptias inter 2

---

22) norus Vlp. fragm. 23) uel socrus omittit Vind. 24) nostra ex Vlp. fragm. addidi. 25) uxorem abest ab Vlpiani fragm. 26) ea Vind. 27) incertum Vind. Verc. 28) matrimonio Verc. 29) contrahi Vind. Verc. 30) potestatem Verc. 31) eis Vind. Verc. Scal. (corr. eius). 32) concoepti Vind. 33) sperei Vlp. fragm.

1) XLVI Vind. L Verc. 2) secundo Pith. omittit. In Vind. et Verc. etiam ea, quae hoc uerbum antecedunt, desiderantur. 3) DE NVPTIIS SVB TITVLO Pith. Vind. sub titulo omittit Verc. 4) Hic rubricam claudit Verc. 5) non omittit Scal. (?) 6) filia Verc. 7) uxorem omittit ed. Pith. et Verc. (?) sed Scal. Cuiacius et Vind. habent. 8) non possumus Cuiac. Vind. Verc. (Scal. ?) 9) proneptae Scal. pronepte Verc. 10) cognati Vind. 11) impedet Verc.

(1, 10.) Paulus, kap. 3. §. 3. h. t.

§. 4.] Simil. Gaius l. c. I, 64. §. 12. Inst. de Nuptiis (1, 10.) Modestinus, fr. 23. de Statu hominum (1, 5.) Paulus, kap. 3. §. 3. fin. h. t. et fr. 39. §. 1. de R. N. (23, 2.)

Kap. III.] Non extat in lege romana Visigothorum, sed nunc restitutum legitur apud Paulum II, 19. §. 3 ... 5.

§. 1.] Simil. Vlpianus, kap. 2. §. 1, 2. h. t. et loca ibi laudata.

§. 2.] Simil. Gaius, Institt.

parentes ac [12] liberos omnimodo; inter fratres eatenus, quatenus capitis minutio non [13] interuenit.

3 Nec [14] socrum, nec nurum, priuignam [15], nec nouercam aliquando citra poenam incesti [16] uxorem ducere licet; sicut nec amitam, aut materteram. Sed qui uel [17] cognatam contra interdictum duxerit, remisso [18] mulieri iuris [19] errore [20], ipse poenam adulterii lege Iulia [21] patitur, non etiam ducta [22].

KP. IIII. [1] GREGORIANVS LIBRO QVINTO [2] SVB TITVLO DE NVPTIIS [3] EXEMPLVM LITERARVM [4] DIOCLETIANI [5] ET MAXIMIANI IMPP. TALEM [6] CONIVNCTIONEM GRAVITER PVNIRE [7] COMMEMORAT [8].

---

12) hos Vind. hac Verc. 13) non Verc. et Scal. omittunt. 14) non Vind. 15) nec priuignam cj. Moller selecta (Oelrichs thesaur. nou. II, 2.) cap. 6. §. 4. 16) incerti Vind. 17) uel (omisso qui) Pith. uel qui Verc. Si uero cj. Pith. 18) remissio Scal. 19) mulieris (omisso iuris) Vind. Verc. mulieris iuris Scal. 20) orore Vind. 21) legis Iuliae Pith. legem Iuliam Vind. 22) ductam Vind. Verc.

1) XLVII Vind. LI Verc. 2) Gregorianus libro quinto Verc. omittit. 3) DE NVPTIIS SVB TITVLO Pith. Verc. de nuptiis sub titulis Vind. 4) LITTERARVM Verc., rubrica in hoc uerbo desinente. 5) diodetiani Vind. 6) tali Vind. 7) puniri omnes codd. 8) commemorant Vind.

lib. 1. §. 61. med. §. 2. Inst. de nuptiis (1, 10.)

§. 3.] Simil. Vlpianus, kap. 2. §. 3. h. t. et loci ibi laudati.

contra interdictum] i. e. ius ciuile. Papinianus, fr. 38. §. 2. Ad leg. Iul. de adulter. (48, 5.) et fr. 63. de R. N. (23, 2.) cfr. Marcianus, fr. 57. §. 1. eod. Paulus Sent. II, 26. §. 15. Diocl. et Max., kap. 4. §. 4. h. t.

adulterii] Simil. Paulus, ibid. §. 14. cfr. tamen Diocletianus et Maximianus, kap. 4. §. 3. h. t. Constantinus et Constans, const. 1. Theod. de Incestis nuptiis (3, 12.) Arcad. et Honor., const. 3. eod. Instiniani Nouell. XII. cap. 1.

Kap. IIII.] Haec constitutio nunc titulo primo libri quinti Gregoriani codicis restituta est: praeterea ea, quae §. 5. leguntur, extant const. 17. de Nuptiis (5, 4.)

Exemplum edicti Diocletiani [9] et Maximiani nobilissimorum [10] Caesarum.

Quoniam piis [11] religiosisque [12] mentibus nostris [13] ea, quae romanis legibus caste sancteque sunt constituta, uenerabilia maxime uidentur, atque [14] aeterna religione seruanda, dissimulare ea, quae a quibusdam [15] in praeteritum nefarie [16] incesteque [17] commissa sunt, non [18] oportere [19] credimus: (sed) cum [20] uel cohibenda [21] sunt, uel etiam uindicanda, insurgere [22] nos [23] disciplina [24] nostrorum temporum [25] cohortatur [26]. Ita enim et ipsos immortales deos [27] romano [28] nomini, ut semper fuerunt [29], fauentes atque placatos futuros [30] esse non dubium est, si cunctos [31] sub imperio nostro agentes [32] piam religiosamque [33], quietam et [34] castam in omnibus [35] more [36] colere perspexerimus uitam [37].

---

9) dioclitiani Pith. Vind. (?) 10) nouilissimorum Verc. 11) quis Vind. Verc. 12) relegis hisque Vind. 13) sancieque Vind. 14) adque Vind. Verc. 15) quibus dum Vind. 16) nephariae Vind. 17) incerteque Vind. Verc. 18) nos cj. Schulting. in marg. ed. Leewianae. 19) opponere Vind. 20) sed omnes codd. omittunt: cj. Vonck p. 41. cum uero cj. idem et H. Canneg. p. 182. uerum cum cj. Schult. ut cum cj. Bondam specim. p. 49. in futurum uero, uel: in posterum uero cj. Moller l. c. cap. 6. §. 3. 21) quohibenda Verc. 22) ac insurgere cj. Struchtmeyer animadu. p. 84. 23) non Scal. 24) disciplinam Vind. 25) tempora Scal. 26) que ortatur Vind. 27) inmortales ds̄ Verc. 28) romanis Vind. 29) superfuerint Scal. semper fuerint Vind. Verc. 30) placatus futurus Vind. 31) cuncto Verc. 32) nostro gentes Scal. nostram habentes Vind. nostro degentes cj. Scal. 33) religiosaque Scal. sec. Puggaeum. 34) et quietam et Pith. et quietem et Scal. et quietem Verc. 35) nominibus (omisso in) Vind. 36) more delendum censet Cuiac., uel more maiorum legendum. bono more, uel recto more cj. H. Canneg. pag. 183. 37) uitia Verc.

2 In quo id etiam prouidendum quam maxime esse censuimus, ut matrimoniis religiose atque [38] legitime iuxta disciplinam iuris ueteris [39] copulatis, tam [40] eorum honestati [41], qui nuptiarum coniunctionem [42] sectantur, quam etiam his, qui deinceps [43] seruata religione [44] nascentur [45], incipiat esse consultum: et honestate [46] nascendi etiam posteritas ipsa purgata sit [47]. Ita enim pietati nostrae maxime placuit, ut sancta [48] necessitudinum nomina [49] optineant [50] apud [51] affectus [52] suos piam ac [53] religiosam consanguinitati [54] debitam caritatem. Nefas [55] enim credere est ea, quae in praeteritum a compluribus constat [56] esse commissa, cum pecudum [57] ac [58] ferarum promiscuo ritu [59] ad inlicita conubia [60] instinctu [61] execrandae [62] libidinis sine [63] ullo respectu [64] pudoris ac [65] pietatis inruerint.

3 Sed quaecunque [66] antehac uel imperitia [67]

---

38) religionem atque Vind. religioneque Verc. 39) uestri Vind. uris Verc. 40) copulat. istam Vind. 41) honerati Vind. honorati Verc. 42) coniunctiones ed. Pith. coniunctione Scal. Verc. 43) cum deinceps Pith. Verc. 44) religionem Vind. 45) nascitur Verc. 46) honerate Vind. 47) id Pith. ideo Verc. 48) sancte Pith. sanctus Vind. suprascripte Verc. sancta cj. Cuiacius. 49) nomine Verc. 50) obtineant ed. Pith. optineamus Verc. 51) aput Scal. sec. Haen. 52) effectos Vind. defectos Verc. 53) hac Vind. Verc. 54) consanguinitatis Scal. Vind. Verc. 55) Nephas Vind. 56) constant Vind. 57) pecodum Verc. 58) hac Vind. 59) promiscui oritur Vind. promiscuo ritum Verc. promiscue ritu Scal. sec. Haen. 60) connubia Pith. 61) instinctum Scal. Vind. Verc. 62) exercendae omnes codd. exercendo Scal. sec. Haen. execrandae cj. Schult. cfr. tit. XV. kap. 3. §. 4. 63) ne Vind. Verc. 64) respectum Verc. 65) hac Vind. Verc. 66) quicunque Verc. 67) imperitiam Scal. peritiam Vind. Verc.

delinquentium, uel pro ignorantia [68] iuris, barbaricae inmanitatis [69] ritu [70] ex inlicitis matrimoniis [71] uidentur admissa [72], quanquam essent seuerissime [73] uindicanda, tamen contemplatione [74] clementiae nostrae ad indulgentiam uolumus pertinere; ita tamen, ut quicunque in anteactum [75] tempus inlicitis incestisque [76] se [77] matrimoniis polluerunt, hactenus [78] adeptos [79] se esse [80] nostram indulgentiam [81] sciant, ut post tam [82] nefaria [83] scelera uitam [84] quidem sibi [85] gratulentur esse concessam: sciant tamen [86], non legitimos [87] se suscepisse [88] liberos, quos tam [89] nefaria coniunctione [90] genuerint [91]. Ita enim fiet, ut de futuro quoque nemo audeat infrenatis [92] cupiditatibus obedire [93], cum et sciant ita

---

68) ignorantiam Vind. 69) immanitatis Pith. 70) ritum Scal. 71) matrimonii si Scal. matrimoniis sic cj. Roeuer. cap. 13. 72) adimissa Vind. admissam Verc. 73) uerissime Verc. 74) contemplationem Vind. Verc. 75) antehactum Vind. 76) incertisque Vind. 77) se omitt. Vind. re Verc. 78) actenus Vind. Verc. 79) ademptos Vind. Verc. 80) essent Vind. 81) nostra indulgentia ed. Pith. nostras indulgentia Scal. 82) post iam Vind. posita Verc. 83) nepharia Vind. 84) uti eam Vind. uita Verc. 85) sibi quidem Verc. 86) sciant tamen non legitimos esse concessam sciant tamen Vind. 87) legitimo Verc. 88) suscoepisse Vind. 89) constam Verc. 90) coniunctionem Verc. 91) genuerunt Pith. Verc. 92) inefrenatis Pith. Vind. in effrenatis Verc. infrenatis cj. Cuiacius. 93) obedisse Vind. Verc.

barbaricae inmanitatis] cfr. Euripid. Andromach. uers. 173. Hieron. ad Iouinian. lib. II. cap. 7 med. his uerbis: "Persae, Medi, Indi, Aethiopes, regna non modica, et romano regno paria, cum matribus et auiis, cum filiabus et neptibus copulantur." Bardesanes apud Eusebium, praeparation. euangelic. lib. VI. cap. 10: *Παρὰ Πέρσαις νόμος ἦν, γαμεῖν τὰς θυγατέρας καὶ τὰς μητέρας ... καὶ ὅσοι αὐτῶν τῆς Περσίδος ἐξεδημήσαν, οἵτινες καλοῦνται Μαγουσαῖοι, τὴν αὐτὴν ἀθεμιστίαν διαπράττονται ... ἐξ ὧν εἴσι μέχρι νῦν πολλοὶ ἐν Μηδίᾳ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Φρυγίᾳ, καὶ ἐν Γαλατίᾳ.*

§. 3. uitam ... concessam] Vide quae notata sunt ad kap. 3. §. 3. h. t.

praecedentes [94] admissores istiusmodi criminum uenia [95] liberatos [96], ut liberorum, quos [97] inlicite genuerint [98], successione [99] careatur [100], quae iuxta uetustatem romanis legibus negabatur. Et [1] optassemus [2] quidem, nec ante [3] quicquam eiusmodi [4] esse commissum, quod esset [5] aut clementia [6] remittendum, aut legibus corrigendum [7].

4 Sed et posthac [8] religionem sanctitatemque [9] in conubiis [10] copulandis [11] uolumus ab unoquoque seruari, ut se [12] ad disciplinam legesque romanas meminerint pertinere: et eas tantum sciant nuptias licitas, quae sunt romano iure [13] permissae.

5 Cum quibus autem personis tam cognatorum, quam ex adfinium [14] numero [15] contrahi non liceat matrimonium [16], hoc edicto [17] nostro amplexi su-

---

94) praecedente Scal. 95) ueniam Vind. uel Verc. 96) libertos Verc. 97) quod Pith. 98) genuerunt Pith. 99) successiones Pith. successionem ne Vind. successionum Doruill. in marg. 100) caretur Vind. Verc. careatur ut cj. Pith. careant cj. Cuiac. arceantur cj. Puteanus. 1) et omitt. Verc. 2) optaremus Vind. Verc. 3) negante Scal. 4) huiusmodi Vind. 5) esse Vind. Verc. 6) clementiam Vind. 7) succurrendum Vind. 8) post hanc omnes codd. posthac cj. Cuiac. 9) religione scitatemque Verc. 10) connubiis Pith. quo nobis Vind. Verc. 11) copolandi Verc. 12) rem Verc. 13) iurae Vind. 14) affinium Vind. Verc. 15) numerum Vind. 16) matrimonio Verc. 17) edicti Vind.

§. 4.] Simil. Theod. Arcad. et Honorius, const. 7. de Iudaeis (1, 9.) cfr. Arcad. et Honor., const. 8 eod., quae est const. 10. Theod. de Iurisdictione (2, 1.)

§. 5.] Haec extare const. 17. de Nuptiis (5, 4), iam antea notatum est.

ex adfinibus] cfr. Constantinus et Constans, const. 2. Theod. de Incestis nuptiis (3, 12). Arcadius et Honorius, const. 3 eod. Honorius et Theodosius, const. 4 eod. Valentinianus Theod. et Arcadius, const. 5. Cod. Iust. eod. (5, 5): ubi etiam nuptiae cum fratris uxore, uel uxoris sorore probibentur.

mus: cum [18] filia, nepte, pronepte, itemque [19] matre [20], auia, proauia [21]: et ex latere amita ac [22] matertera, (sorore) [23], sororis filia et ex ea nepte [24]. Itemque ex adfinibus [25] priuigna, nouerca, socru, nuru [26], ceterisque quae antiquo iure [27] prohibentur, a quibus cunctos uolumus abstinere [28].

Nihil enim, nisi sanctum ac [29] uenerabile [30] 6
nostra iura custodiunt, et ita ad tantam magnitudinem romana maiestas [31] cunctorum numinum [32] fauore [33] peruenit, quoniam omnes leges suas [34] religione [35] sapienti pudorisque obseruatione [36] deuincxit [37].

Quare hoc edicto [38] nostro uolumus omnibus 7
palam fieri, quod praeteritorum uenia [39], quae [40]

---

18) nemini liceat contrahere matrimonium cum, omnibus quae antecedunt omissis, Cod. Iust. 19) pronepteque Pith. proneptite. Itemque Vind. 20) mater Verc. matrem, dein matre, Scal. cum matre Cod. Iust. 21) proabia Scal. 22) hac Vind. 23) sorore solus Cod. Iust. addit. 24) praeterea fratris (tui) filia et ex ea nepte Tribonianus adiecit in Cod. Iust. 25) affinibus Vind. afinibus Verc. 26) socrus nurus Vind. Verc. nuru socru Cod. Iust. 27) nurum ceteras antiquo iurae Vind. ceterisque quae iure antiquo Cod. Iust. 28) se abstinere Cod. Iust. 29) nisi hanc tantum ac Pith. nisi nanctum hac Vind. Verc. Veram lectionem Puteanus ex coniectura restituit. nisi antiquum ac cj. Roeuerus l. c. cap. IIII. 30) uenerabiles omnes codd. uenerabiliter Scal. (?) 31) romanam gesta Pith. 32) non mirum Pith. non morum Scal. nominum Vind. Verc. deorum nimirum, siue sanctorum numinum cj. Roeuerus l. c. sanctorum deorum nec mirum cj. Io. Canneg. ad h. l. numinum Puteanus recte coniecerat. 33) fabore Scal. 34) sua Pith. 35) religiones Verc. religionis sapientia cj. Cuiacius. 36) pudoris qui obseruationem Vind. 37) deuinxit Pith. 38) praedicto Vind. 39) ueniam Vind. 40) quae abest a Pith. Vind. que Verc.

per clementiam nostram contra disciplinam [41] uidetur indulta [42], ad ea tantum delicta pertineat, quae [43] in diem III [44] Kal. Ianuariarum [45] Tusco et Anulino Coss. [46] uidentur [47] esse commissa.

8 [48] Si qua [49] autem contra romani nominis [50] decus, sanctitatemque legum, post supradictum diem deprehenduntur [51] admissa [52], digna seueritate [53] plectentur. Nec [54] enim ullam [55] in tam nefario [56] scelere quisquam [57] aestimet [58] ueniam se [59] consequi posse, qui in [60] tam euidens [61] crimen [62] et post edictum nostrum non dubitabit [63] inruere [64]. Dat. Kal. Maias [65], Damaso Tusco [66] et Anulino [67] Coss. (p. Chr. 295.)

KP. V. [1] HERMOGENIANVS SVB TITVLO [2] DE NVPTIIS [3]:

---

41) disciplinam ueterem cj. Pith. et Cuiac. quod recepit ed. Geneuensis. 42) indulta Vind. 43) que Vind. A Verc. uerba quae ... commissa prorsus absunt. 44) in die tertio Pith. 45) Kl. Ianuariorum Scal. sec. Haen. 46) conss. Scal. 47) dicentur ed. Paris a. 1586 in marg. 48) KAP. XLVIII. Vind. KP. LII. Verc., rubrica usque ad uerbum legum producta. 49) numinis Scal. ex correctura. 50) quis Vind. 51) deprehendentur Schultingius cj. in marg. ed. Leewianae. 52) amissa Vind. 53) digna reueritatem Vind. dignare ueritatem Verc. 54) flectentur. Neque Vind. 55) nullam Vind. Verc. 56) nephariae Vind. 57) quicquam Vind. 58) estimet Vind. extimet Verc. 59) re Vind. 60) in omittit Pith. 61) euidenti Pith. Verc. euidentur Vind. euidens cj. Cuiacius. 62) crimini Pith. Sed Scal. habet crimen, addito in margine: crimine. 63) dubitauit Vind. Verc. 64) infuere Pith. 65) Maii Pith. et Cod. Iust. Madias, reliquis, quae sequuntur, omissis, Vind. magias Verc. 66) Damasco et Tusco Verc., reliquis omissis. 67) Andino Scal.: sed Anulino scriptum est in marg.

1) XLVIIII. Vind. LIII. Verc. 2) Haec omittunt Vind. Verc. 3) Et haec a Vind. absunt.

...cletianus [4] et Maximianus [5]
...iano [7]. His [8] qui incestas [9]
contrahunt, ne poenis subii-
...clementia [11] principum sub-
...am [12] errorem suum rescierint,
nuptias diremerint. Prop. Id.
...eriano) [15] et Dione [16] Coss.

QVOQVE CONSTITVTIONEM GREGORIANVS TI-
...PTIIS INSERVIT, QVAE EST TRICESIMA ET SE-
ALIIS TAMEN ET DIE ET COSS. [18], ID EST: CON-
...O P. P. [19] V. ID. IVN. DIOCLETIANO TER ET MA-
...ANO AVGVSTIS. (p. Chr. 290.)

KP. VI. [1] PAPINIANVS LIBRO SINGVLARI [2] DE ADVLTERIIS [3].

Qui [4] sororis filiam [5] uxorem duxerat [6] per er- 1

---

4) dioclitianus Pith. diodetiani Vind. 5) Maximiani Vind. 6) augustos Vind. agg. Scal. 7) Fl. Flauiano Pith. 8) his omittit Vind. 9) incertas Vind. Verc. 10) subiciantur Vind. Verc. 11) clementiam Vind. Verc. 12) cum Vind. 13) illi quoque nepharias Vind. illi conefarias Verc. 14) Mar. cod. Pithoei. Omnem subscriptionem Vind. et Verc. omittunt. 15) Tiberiano ex coniectura addidit Pith. Tiberiano II cj. Schulting ad Hermogeniani codicem. 16) Diogene codex Pithoei, quod ipse Pithoeus emendauit. 17) Haec omnis, quae sequitur, auctoris adnotatio a Vind. et Verc. abest. 18) et coss. Scal. omittit. 19) prop. Scal.

1) L. Vind. LIIII. Verc. 2) Haec omittunt Vind. Verc. 3) Haec a Vind. similiter absunt. adulteris Scal. Rubricam Verc. in uerbo DVXERAT claudit. 4) quae (corr. qui) Scal. 5) filiam per errorem Vind. FILIA Verc. 6) duxerit Vind. Scal.

Kap. V. Flauiano] cfr. Dioclet. et Maxim., const. 8. de Condict. ob causam dator. (4, 6.)

Kap. VI.] cfr. Papinianus, fr. 5. pr. de Condict. sine causa (12, 7.) Marcianus, fr. 57. §. 1. de R. N. (23, 2). Anastasius, const. 9. de Incestis nuptiis (5, 5.)

rorem, antequam praeueniretur [7] a delatore [8], diremit [9] coitum [10]: quaero [11] an adhuc possit accusari? Respondit [12]: ei [13] qui coniunctae [14] sororis [15] filiae [16] bona fide abstinuit, poenam remitti palam est: quia [17] qui errore [18] cognito diremit [19] coitum [20], creditur [21] eius uoluntatis [22] fuisse, ut si scisset se in eo necessitudinis gradu [23] positum, non fuisset tale [24] matrimonium copulaturus.

KP. VII. [1] IDEM DICITVR IN EOS [2], QVI [3] INCESTAS [4] NVPTIAS CONTRAXERVNT. MALEDICTI TAMEN SVNT OMNES INCESTI [5] PER LEGEM [6], CVM ADHVC RVDIBVS POPVLIS EX DIVINO NVTV CONDITA IISDEM ADSTIPVLANTIBVS [7] SANCIRETVR [8]. ET VTIQVE OMNES MALEDICTI PVNITI SVNT,

---

7) peruenireturetur (corr. praeueniretur) Scal. 8) ah elatiorem Vind. ad elatorem Verc. 9) dirimit Pith., sed Scal. habet diremit. dirimet Vind. dirimitum (omisso coitum) Verc. 10) choitum Vind. 11) quero Vind. Verc. 12) R, linea traiecta, Vind. 13) et omnes codd. ei Scal. et ed. Pith. 14) coniunctione Pith. cj. 15) soris (corr. sororis) Scal. 16) filiam Scal. (?) Codicum scripturam pro Graecismo habet et defendit H. Canneg. pag. 190. cfr. Horatius, Od. III, 27 uers. 69. Terentius, Heautontim. II, 3 uers. 132. 17) qui Scal. 18) errorem Vind. Verc. 19) dirimit Vind. 20) cohitum Vind. coitu Verc. 21) creditor Verc. 22) uoluptatis Verc. 23) gradum Vind. 24) talem Vind.

1) LI. Vind. LV. Verc. In libris editis, nec non in apographo Scaligerano haec auctoris uerba kapiti sexto iunguntur, nullo nouo numero addito. 2) eo Vind. 3) In Verc. horum quatuor uerborum uice scriptum est: DE HIS, rubrica usque ad uerbum CONTRAXERVNT producta. 4) incertas Vind. Verc. 5) incerti Vind. Verc. incestis, uel incestus Scal. 6) lege Scal. 7) hisdem abstipulantibus Vind. Verc. 8) sancirentur Pith.

poenam remitti] Simil. Papinianus, fr. 38. §. 6. Ad leg. Iul. de adulter. (48, 5.)

Kap. VII. §. 1-9.] Extant haec in Deuteronom. cap. XXVII, uers. 20-23, sed multis resecatis.

QVOS DIVINA ET HVMANA SENTENTIA CONSONA VOCE DAMPNAVIT [9]. LEX DIVINA SIC DICIT:

[10] Maledictus, INQVIT [11], dixit Moyses, qui concubuerit cum uxore [12] patris sui [13]; et dicit omnis populus: fiat, fiat. 1

Maledictus, qui concubuerit cum sorore sua de patre aut de matre; et dicit [14] omnis populus: fiat, fiat. 2

Maledictus, qui concubuerit cum nuru sua; et dicit [15] omnis populus: fiat, fiat. 3

Maledictus, qui concubuerit cum socru sua; et dicit omnis populus: fiat, fiat. 4

Maledictus, qui concubuerit cum sorore patris sui; et dicit omnis populus: fiat, fiat. 5

Maledictus, qui concubuerit cum sorore matris suae; et dicit omnis populus: fiat, fiat. 6

Maledictus, qui concubuerit [16] cum sorore uxoris [17] suae; et dicit omnis populus: fiat, fiat. 7

Maledictus, qui dormierit cum uxore [18] fratris sui; et dicit omnis populus: fiat, fiat. 8

Maledictus, qui dormierit cum omni pecore [19]; et dixit omnis populus: fiat, fiat. 9

---

9) damnauit Pith. Verc. 10) KP. LVI. Verc. 11) INQVID Vind. Verc. 12) uxorem Vind. 13) Hic rubrica desinit in Verc. 14) dicet Verc. Sic etiam in sequentibus, excepta §. 8., constanter Vercellensis codex exhibet. 16) dormierit Verc. 17) sororem sororis Vind. 18) uxorem Vind. 19) pecude Vind.

EXPLICIT TITVLVS [1] DE ADVLTERIS, STVPRATORIBVS ET INCESTIS. INCIPIT DE FVRIBVS ET POENA [2] EORVM.

TITVLVS SEPTIMVS [3].

KP. I. [4]. QVODSI DVODECIM TABVLAE [5] NOCTVRNVM FVREM (QVOQVOMODO, DIVRNVM) [6] AVTEM SI SE [7] TELO DEFENDERIT [8], INTERFICI IVBENT [9]: SCITOTE IVRISCONSVLTI [10], QVIA MOYSES PRIVS HOC STATVIT, SICVT [11] LECTIO MANIFESTAT [12]. MOYSES DICIT:

1 Si perfodiens nocte [13] parietem inuentus fuerit

---

1) titulo Scal. In Vind. et Verc, uerba explicit ... incestis desiderantur. 2) et de penis Vind. ET DE PENE Verc. 3) Haec duo uerba, ut semper fere, in omnibus codicibus desiderantur. 4) LII Vind. LVII Verc. 5) tabularum omnes codd. tabularum leges cj. Cujacius: quod ipsi Pithoeano codici, tanquam Pithoeo teste, male tributum est in edit. Paris. a. 1689. Nostrae autem lectioni Cicero ac Quinctilianus auctores sunt. 6) Haec suppleui ex Cicerone et Quinctiliano. omnimodo diurnum cj. Cuiacius, propter kap. III. h. t., ut uidetur. Nam haec uerba in codice Pithoeano extare, iterum ed. Paris. a. 1689 male refert. simpliciter diurnum ed. Geneu. 7) autem si se aut Pith. aut ensis se aut Vind. aut tensisse aut Verc. autem si se audeat ed. Geneu. idem cj. Freherus parerg. lib. 1. cap. 9. et Schultingius. aut eum si se audeat cj. Bondam specim. animaduers. cap. 4. Nobis iterum in Ciceronis Quinctilianique uerbis acquiescendum uidebatur. 8) defendere Pith. defenderis Verc. 9) impune uoluerunt Cic. et Quinctilianus. 10) sitote iurisconsultum Vind. 11) si cui Scal. 12) manifestas Vind. 13) noctem Verc.

Kap. I. Quodsi ... iubent] Haec uerba auctor collationis ex Cicerone pro Milone, cap. 3, uel ex Quinctiliano, Institt. oratt. lib. V. cap. 14, transscripsit. cfr. etiam Seneca, controuers. lib. X. cap. ult. Augustinus, quaest. XI. super Exodum. Vlpianus, kap. 3. h. t.

§. 1. 2.] Extat Exod. XXII, 2. 3.

fur [14], et [15] percusserit eum alius, et mortuus fuerit hic, non est homicida is [16], qui percusserit eum.

Si autem sol ortus fuerit [17] super eum, reus est mortis [18] percussor, et ipse moriatur [19]. 2

KP. II. [1] PAVLVS [2] LIBRO [3] SENTENTIARVM V. AD [4] LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS [5].

Si quis furem nocturnum, uel diurnum, cum [6] se telo defenderet [7], occiderit [8], hac quidem lege [9] non tenetur: sed melius fecerit, si [10] eum comprehensum transmittendum ad praesidem magistratibus optulerit [11]. 1

KP. III. [1] VLPIANVS [2] LIBRO XVIII [3] AD EDICTVM [4]

---

14) furem, corr. fur Scal. 15) et omitt. Vind. et Scal.: a Verc. autem omnia ista: fur ... fuerit absunt. 16) his Vind. Verc. 17) fuerit abest a Pith. 18) morti Verc. 19) morietur Pith.

1) LII (sic!) Vind. LVIII Verc. 2) IDEM Verc. cui posterior manus addidit: paulus, uel potius Paulus. 3) liber Vind. A Verc. hoc uerbum cum reliqua inscriptione abest. 4) A Vind. 5) siccariis et beneficis Vind. 6) con Vind. 7) defendere omnes codd. 8) occiderit eum Verc. 9) legem Vind. 10) qui Pith. 11) obtulerit Pith. Verc. (?) Sed Scal. et Vind. habent optulerit.

1) LIII Vind. LVIIII Verc. 2) IDEM Verc., ceteris usque ad uerbum titulo omissis. 3) VIII Pith. Vind. XVIII cj. Pith. recte, cum non solum fr. 3. et fr. 5. Ad leg. Aquil., sed etiam alia permulta eiusdem libri fragmenta ita inscripta sint. 4) Reliqua pars inscriptionis a Dig., ut semper fere, prorsus resecta est: sed nostri quoque collectoris errorem suspicatur Pithoeus, idque non sine causa.

Kap. II.] Restitutus est locus inter Pauli Sentent. lib. V. tit. 23. §. 9. cfr. Vlpianus, kap. 3. §. 2. h. t.

non tenetur]. cfr. Vlpianus, fr. 9. Ad legem Cornel. de sicar. (48, 8): quem quidem locum ad legem Aquiliam potius pertinere, ex inscriptione coniecit Noodt probabil. lib. I. cap. 9. cfr. Cuiacius, obss. lib. XIV. cap. 15.

magistratibus] sc. municipalibus. cfr. Venuleius Saturninus, fr. 10. de Custodia reorum (48, 3.)

SVB TITVLO [5]: SI [6] QVADRVPES [7] PAVPERIEM DEDERIT.

1 Iniuria [8] occisum esse merito adiicitur [9]: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse [10] factum. Proinde si quis seruum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia (iniuria) [11] non occidit.

2 Sed et [12] quemcunque [13] alium [14] ferro se petentem qui [15] occiderit, non uidebitur iniuria [16] occidisse [17]. Proinde [18] si furem nocturnum, quem lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere, aut diurnum, quem aeque [19] lex permittit [20], sed ita [21] demum, si se telo defendat [22]: uideamus, an [23] lege Aquilia teneatur? Et [24] Pomponius dubitat [25], num [26] haec [27] lex non [28] sit in usu.

---

5) tituli Vind. 6) Haec ad rubricam non pertinent in Verc. 7) quadrupedem Vind. 8) iniuriam Vind. 9) adigito Vind. adigtu Verc. edicitur Scal. sec. H. 10) iniuriam adesse Vind. iniuriam id esse Verc. 11) iniuria ab omnibus abest: ante occidit Pithoeo et Cuiacio addendum esse uidebatur. ita non occidit cj. H. Canneg. p. 195. 12) etsi Dig. 13) quicunque Scal. Vind. quocunque Verc. 14) alio Vind. 15) quis Dig. 16) iniuriam Vind. Verc. 17) occisisse Scal. Vind. Verc. 18) proinde ... in usu Dig. omittunt. 19) eaque Pith. eaquae Vind. ea quem Vere. aeque cj. Cuiacius, item Marcil. ad XII. tabb. cap. 56. ea quoque cj. Noodt probabil. I, 9. et ad leg. Aquil. cap. 5, probante Schultingio. eadem Schultingius antea coniecerat, in marg. ed. Leewianae. 20) permitti Verc. permittit occidere cj. Cuiac. 21) ita lex Scal. Vind. Verc. 22) defendatur Scal. 23) si a, Vind. 24) Et Pomponius ... usu Vind. omittit. Et a Scal. quoque abest, sed a correctore adscriptum est: set. 25) deuitat Verc. 26) nunc Pith. Verc. num Pith. cj. omnibus fere probantibus. cum nunc Schulting cj. in marg ed. Leewianae. 27) hic cj. Noodt probabil. I, 9. et ad leg. Aquil. cap. 5. 28) nunc cj. Pith., improbante Schultingio.

Kap. III. §. 1. Iniuria ... factum] Extat fr. 3 med. Ad leg. Aquil. (9, 2.)

Proinde ... occidit] Simil. Gaius, fr. 4. pr. eod. Macrobius Saturnal. lib. I. cap. 4. Gellius Noct. attic. lib. VIII. cap. 1. lib. XI. cap. 18, et loca ad kap. I. h. t. allegata.

Etsi [29] quis noctu [30] furem occiderit, non du- 3
bitamus [31], quin [32] lege Aquilia [33] (non) [34] teneatur [35]: sin autem, cum posset adprehendere [36], maluit occidere, magis est, ut iniuria [37] fecisse uideatur: ergo etiam [38] lege [39] Cornelia tenebitur.

Iniuriam autem accipere hic [40] nos oportet [41] 4
non [42] quemadmodum circa [43] iniuriarum [44] actionem, contumeliam quandam, sed quod [45] non iure factum est [46], hoc est contra ius, id est si culpa [47] quis occiderit. ET RELIQVA [48].

KP. IIII. [1] VLPIANVS [2] LIBRO OCTAVO DE OFFICIO PROCONSVLIS SVB TITVLO DE FVRIBVS [3].

Fures ad forum [4] remittendi sunt diurni, noc- 1
turnique [5] extra ordinem [6] audiendi [7] et causa cog-

---

29) Sic Pith. et Dig. KAP. LV. Si Vind. KP. LX. IDEM. Si Verc. 30) metu quis mortis Dig. 31) dubitabitur Dig. 32) quin Vind. qui in Verc. qui non cj. H. Canneg. pag. 196. cfr. nota 34. 33) legem Aquiliam Vind. 34) non omnes codd. omittunt: at ex Dig. Pithoeo auctore restituendum erat. 35) Videamus in Vind. alia manus, eiusdem tamen saeculi, super lineam adscripsit. 36) appraehendere Verc. 37) iniuriam Vind. 38) et, omisso lege, Dig. 39) legem corneliam Vind. lege a Dig. abest. 40) sic Scal. sec. Haen. hic accipere Dig. 41) oporteat Vind. 42) non omittit Verc. 43) et circa omnes codd. circa Dig. 44) iniuriam Vind. Verc. 45) quod Verc. omittit. 46) est omitt. Vind. 47) culpam Vind. 48) et ideo interdum utraque actio concurrit, etc. Dig., uerbis et reliqua non additis.

1) LVI Vind. LXI Verc. 2) Inscriptionem prorsus omittit Vind. IDEM, reliquis usque ad uerbum titulo omissis, Verc. 3) De furtibus Verc., idque extra rubricam scriptum. 4) furtum Pith. furem Vind. Verc. forum optime cj. Pith. propter tit. XI. kap. 4. infra. In Dig. uerba ad forum ... diurni desiderantur. 5) quodturniquem Vind. et nocturni qui Verc. que Dig. omittunt. 6) ordine Verc. 7) audiendi sunt Dig.

§. 4.] Extat fr. 5. §. 1. Ad leg. Aquil. (9, 2.)

Kap. IIII.] Extat fr. 1. de Furibus balneariis (47, 17.)

nita puniendi: dummodo [8] in [9] poena [10] eorum sciamus operis publici [11] temporarium [12] modum non egrediendum [13]. Idem [14] et in balneariis [15] furibus.

2 Sed [16] si se [17] telo fures defendunt uel effractores [18], uel ceteri similes [19], nec quemquam percusserunt: metalli poena [20] humiliores [21], honestiores [22] uero relegatione [23] adficiendi [24] erunt.

KP. V. [1] PAVLVS [2] LIBRO [3] SENTENTIARVM (SECVNDO) [4] SVB TITVLO DE FVRIBVS [5].

1 Furti quocunque genere damnatus [6], famosus efficitur.

2 Fur est, qui [7] rem alienam contrectat [8].

---

8) dummodum Vind. Verc. 9) in omnes codd. omittunt. sciamus in poena eorum Dig. 10) paena Verc. 11) publicis Vind. Verc. 12) temporarium Pith. omittit, sed Scal. habet. temporalium Vind. temporarii Dig. 13) modum monendum Vind. 14) KAP. LVII. IDEM Vind. KP. LXII. Verc., ita tamen, ut in Verc. statim kap. V. huius tituli sequatur, reliqua uero nostri kapitis pars kapite LXIII, in fine totius tituli, contineatur. 15) balnearibus Vind. ualneariis Verc. 16) et Verc. 17) se Vind. et Verc. omittunt. telo se Dig. 18) efractores Vind. effractores uel factores res Verc. 19) ceteris miles Verc. ceteri his similes Dig. 20) poenas Vind. penas Verc. 21) humiliores Dig. omittunt. 22) uel honestiores Dig. 23) relegationem Vind. relegationis Dig. 24) efficiendi Vind.

1) LVIII Vind. LXII (s. LXIII) Verc. 2) IDEM, uerbis Paulo ... titulo omissis, Verc. Omnem inscriptionem omittit Vind. 3) liber Scal. sec. Haen. 4) secundo etiam Pith. omittit. 5) Haec duo uerba ad rubricam non pertinent in Verc. de furtis Paul. Visig., in rubrica tit. 31. libri II. 6) dampnatus Vind. condemnatus Paul. Visig. 7) qui dolo malo Paul. Visig. 8) contractat, corr. contraectat Verc.

Kap. V. §. 1.] Extat in Pauli Sentent. lib. II. tit. 31. §. 15.

quocunque] cfr. Vlpianus, fr. 6. pr. de His qui notantur (3, 2.)

§. 2 ... 6.] Extant apud Paulum, l. c. §. 1-5. cfr. Gellius, lib. XI. cap. 18. med.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

concepit et inuenit. Oblati [32] agere potest, penes [33] quem res concepta [34] inuenta est.

EXPLICIT TITVLVS [1] DE FVRIBVS. INCIPIT [2] DE FALSO TESTIMONIO.

TITVLVS OCTAVVS [3].

KP. I. [4] MOYSES DICIT [5]:

1 Si steterit testis iniustus aduersus hominem accusandum, accusans eum impietatis,

2 Stabunt duo homines, quibus est inuicem contentio [6], ante deum, et ante sacerdotes, et ante iudices, quicunque fuerint in illis diebus.

3 Cum inquisierint iudices diligenter, et inuentus fuerit testis iniustus testificans iniusta, insurgentes aduersus eum,

4 Facietis ei [7], sicut uoluit malefacere: et delebitis [8] malum de medio [9] uestrûm:

5 Et ceteri [10] audientes timebunt, nec audebunt haec [11] mala facere inter uos.

---

32) oblata Scal. oblati is Paul. Visig. 33) poenes Vind. paenes Scal. 34) concepti Pith. concepta et Paul. Visig. concepta i. (pro id est) inuenta cj. Pith.

1) titulus Vind. omittit. 2) IDEM, omnibus quae in rubrica praecedunt omissis, Verc. 3) Haec duo uerba nullus codex habet. 4) LVIIII Vind. LXIII Verc. 5) DICET Verc. 6) contemptio Scal. 7) ei omittit Vind. 8) delebit Vind. deletis Verc. 9) medium Scal. 10) ceteris Verc. caeteri Scal. 11) haec omittit ed. Pith., sed Scal. et Cuiacius habent.

Kap. I.] Extat Deuteronom. XVIIII, 16 ... 20.

Kp. II. [1] PAVLVS LIBRO [2] SINGVLARI [3] DE POENIS OMNIVM LEGVM SVB TITVLO [4] AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS.

Qui falsum testimonium dixerit [6], proinde tenebitur, ac [7] si lege Cornelia testamentaria damnatus [8] esset [9]. 1

Kp. III. [1] PAVLVS [2] LIBRO [3] SENTENTIARVM QVINTO SVB TITVLO DE TESTIBVS ET DE QVAESTIONIBVS [4].

Hi, qui [5] falso uel uarie [6] testimonia dixerunt [7], uel utrique [8] parti prodiderunt, aut [9] in exilium [10] aguntur [11], aut in insulam [12] relegantur [13], aut curia submouentur [14]. 1

Kp. IIII. [1] IDEM LIBRO [2] (SENTENTIARVM QVINTO

---

1) LX Vind. LXV Verc. 2) liber Scal. sec. Haen. 3) Haec tria uerba Vind. et Verc. omittunt. 4) tituli Vind. Hic rubricam claudit Verc. 5) adulteris Vind. Scal. 6) dixerint, corr. dixerit, Scal. 7) hac Vind. Verc. 8) dampnatus Vind. 9) esse Vind. Verc.

1) LXI Vind. LXVI Verc. 2) Paulus ... titulo omittunt Vind. Verc. 3) liber Scal. sec. Pugg. 4) et de quaestionibus in Paulo Visig. non legitur; de Scal. omittit. 5) sic qui Scal. Hi Dig. omittunt. 6) falsum uel aliqua omnes codd. falsa uel obliqua cj. Pith. falsum uel ob aliqua (scil. data) cj. Bynkershoek Obss. III, 20: quod nemo probauit. 7) dixerint Vind. dixerit Verc. 8) utriusue Pith. 9) Verba aut ... submouentur ita mutauit Tribonianus: a iudicibus competenter puniuntur. 10) exilio Vind. Verc. 11) arguntur Vind. 12) insula Vind. 13) religantur Vind. Verc. 14) submouetur Vind. Verc. summouentur Scal.

1) LXII Vind. LXVII Verc. 2) liber Vind. LIBRV Verc.

Kap. III.] Extat apud Paulum V, 15. §. 5, item in fr. 16. de Testibus (22, 5.) cfr. Modestinus, fr. 27. §. 1. de Lege Cornelia de falsis (48, 10.)

Kap. IIII.] Extat Paul. V, 32. §. 1. Item supra insertum erat tit. I. kap. 2. cfr. auctores ibi laudati, quibus iungendus est Modestinus, fr. 16. Ad leg. Cornel. de sicar. (48, 8.)

SVB TITVLO) [3] AD LEGEM CORNELIAM [4] DE SICARIIS [5] ET VENEFICIS. [6]

1 Lex Cornelia [7] poenam [8] deportationis infligit ei, qui hominem occiderit, eiusque rei causa, furtiue [10] faciendi, cum telo fuerit, et qui uenenum hominis necandi causa habuerit, uendiderit [11], parauerit, falsumue [12] testimonium dixerit, quo [13] quis periret, mortisue [14] causam praestiterit.

2 Quae omnia facinora in honestiores poena [15] capitis uindicari [16] placuit: humiliores uero aut in crucem [17] tolluntur, aut bestiis subiiciuntur [18].

KP. V. [1] PAVLVS [2] LIBRO [3] SENTENTIARVM QVINTO [4], SVB TITVLO AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM.

1 Is [5], qui ob falsum testimonium perhibendum [6] pecuniam acceperit [7], dederit, iudicemue ut [8] sententiam ferat, uel non ferat, corruperit [9], corrum-

---

3) sententiarum ... titulo ab omnibus abest. 4) CORNELIA Verc. 5) siccariis Vind. ueneficis et sicariis Scal. sec. Haen. 6) beneficis Vind. beneficiis Verc. 7) corporalia, corr. cornelia Scal. 8) poena Vind. 9) infigit Verc. 10) furtique Pith. ed. furtiuae Vind. furtiue Verc. Scal. 11) et uendiderit Vind. 12) falsum Vind. 13) quod Vind. 14) mortis suae Verc. 15) poenam Vind. paenam Verc. 16) uindicare Vind. Verc. Scal. sec. Haen. 17) cruce Verc. 18) subiciuntur Vind. Verc.

1) LXIII Vind. LXVIII Verc. 2) IDEM, corr. paulus Verc., reliqua inscriptione omissa. 3) liber Vind. Scal. 4) quinque Vind. 5) Hi Pith. Verc. His Vind. Hii Scal. Totum uerbum abest a Paulo Visigoth. 6) uel uerum non perhibendum additur in Paul. Visig. 7) acceperint Pith., et sic deinceps accoeperit Vind. 8) iudicem uelut Verc. 9) corruperat Verc.

Kap. V.] Extat Paul. V, 25 §. 2. cfr. Marcianus, fr. 1. §. 1. 2. de Lege Cornelia de falsis (48, 10). Vlpianus, fr. 1. §. 3. de Calumniatorib. (3, 6). Iustinianus, Nouella 124. cap. 2. iudicemue] cfr. Vlpianus, fr. 2. §. 2. de Condict. ob turp. causam (12, 5). Paulus, fr. 21. de Lege Cornelia de falsis (48, 10) Antoninus, const. 1. de Poena iudicis (7, 49.)

pendumue curauerit: humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice [10] in insulam deportantur [11].

KP. VI. [1] IDEM EODEM LIBRO ET TITVLO.

Falsum est quidquid in ueritate [2] non est, sed 1
pro uero adseueratur.

KP. VII. [1] VLPIANVS [2] (DE OFFICIO PROCONSVLIS) [3] SVB TITVLO DE POENA LEGIS CORNELIAE TESTAMENTARIAE [4], LIBRO [5] VIII.

Praeterea factum est senatusconsultum [6] Stati- 1
lio [7] Tauro et [8] (Scribonio Libone) [9] consulibus [p. Chr. 16], quo poena [10] legis Corneliae inrogatur ei, qui quid [11] aliud, quam [12] testamen-

---

10) cum ipsum iudicem Vind. 11) deponantur omnes codd. deportantur cj. Scal. et Cuiacius.

1) LXIIII Vind. LXVIIII Verc. 2) ueritate Verc.

1) LXVII (sic!) Vind. LXX Verc. 2) IDEM, reliqua inscriptione omissa, Verc. A Vind. uerba Vlpianus ... titulo absunt. 3) de officio proconsulis omnes codd. omittunt. 4) cornelie testamentarie Scal. 5) libri Vind. 6) senatumconsultum Vind. 7) statiuo, uel statiro, Vind. 8) et tauro omnes codd. 9) Hoc nomen ex coniectura addunt Pith., item Cuiacius i. m. et in paratitl. ad Cod., tit. ad legem Corneliam de falsis; et Salmasius ad ius atticum et romanum cap. 30. pag. 877: qui omnes ad Libonianum S. C. hoc ius referendum esse censent. Lepido cj. Euerardus Otto, in praef. thesauri Tom. I. pag. 34, propter fr. 13. de S. C. Silaniano: cuius consulatus in annum decimum post Chr. natum cadit. 10) quod poenam Vind. 11) quicquid Vind. quidquid Verc. qui cj. Salmas. l. c. 12) quas Vind.

Kap. VI.] Locus restitutus plerumque est Paul. V, 25. §. 3: a Ritterhusio autem post §. 5, et a Fabroto post §. 13. eod.

Kap. VII. §. 1. poena ... dolo malo curauerint.] Haec extant fr. 9. §. 3. de Lege Cornelia de falsis (48, 10). Simil. Marcianus, fr. 1. pr. eod.

dicenda aut consignanda] cfr. Callistratus, fr. 3. §. 4. de Testibus (22, 5).

tum [13], sciens [14] signauerit, signariue [15] curauerit: item [16] qui [17] falsas testationes faciendas, testimoniaue [18] falsa inuicem dicenda [19] aut consignanda [20] dolo malo curauerit [21], Licinio [22] V et Tauro Coss.

2 Item [23] qui ob instruendam [24] aduocationem, testimoniaue [25] pecuniam acceperit, pactusue [26] fuerit, societatem coierit [27], aut aliquam [28] dela-

---

13) in testamento Dig. 14) sciens dolo malo falsum Dig. 15) signauerit ue Vind. signauerit uel Verc. 16) KP. LXXI. IDEM Verc. A Vind. uerba item ... coss. prorsus absunt. 17) quod Verc. Scal. qui ed. Pith. 18) testamenta uel Scal. Verc. testameutaue ed. Pith. testimouiaue Dig. eas testamentaue cj. Io. Canneg. testamenta testimouiaue cj. H. Canneg. pag. 204. 19) falsas testationes inuicem dicendas, testameutaue falsa facienda cj. Bynkershoek obss. III, 18. testimoniae falsa inspicienda fr. 1. pr. cit. 20) aut consignanda Dig. omittunt consignando, corr. consignanda, Scal. denuncianda cj. Catharinus obss. II, 24. (Meerman thes. T. VI.) 21) coierint Dig. coniecerit fr. 1. pr. eod. 22) Licno, uel Licenio (?) Scal. Haec uero consulum nomina, quae solus Pithoeanus codex exhibet, ad Statilii Tauri consulatum pertinere, nec nisi librarii culpa huc aberrasse crediderim. Licinio Crasso et Calpurnio Pisone Coss. (p. Chr. 27) Salmasius cj. l. c. p. 878, non probante Schultingio, qui Taurum suffectum quendam eiusdem anni consulem potius fuisse suspicatur. 23) KAP. LXVI, omisso Item, Vind. KP. LXXII. IDEM Verc. 24) struendam omnes codd. instruendam fr. 1. 20. citt.; quod post Pithoeum et Cuiacium etiam Bynkershoekius ac Schultingius contra Salmasium praeferunt. 25) testimonia uel Verc. 26) pecunia acciperit pactus sui Vind. 27) cohierit Vind. Verc. 28) aliqua Verc.

§. 2.] Simil. Marcianus, fr. 1. (48, 10). Hermogenianus, §. 1. de Lege Cornelia de falsis fr. 20. eod.

tionem [29] interposuerit: item [30] si quis coierit [31] ad accusationem [32] innocentium, senatusconsulto, quod [33] Cotta [34] et Messalla [35] Coss. [36] [p. Chr. 20] factum est, cohercentur [37].

Sed et si quis ob [38] denunciandum, uel non 3
denunciandum [39] remittendumue [40] testimonium pecuniam acceperit, senatusconsulto [41], quod duobus Geminis Coss. [42] [p. Chr. 29] factum est [43], poena [44] legis Corneliae adficitur [45]. ET RELIQVA.

---

29) obligationem cj. Cuiacius i. m., et in paratitl. Cod. Ad leg. Cornel. de falsis: nimirum propter fr. 20. cit. 30) KAP. LXVII, omisso item, Vind. KP. LXXIII. IDEM Verc. id est cj. Cuiacius. 31) cohierit Vind. Verc. 32) occisionem omnes codd., nec plane damnatur a Schultingio. obligationem fr. 1. §. 1. cit., quod praefert Bynkershoekius l. c. accusationem fr. 2. de Concussione, quod Pithoeo, Cuiacio atque Schultingio magis placuit. 33) senatusconsultus, omisso quod, Vind. 34) cocta Vind. A Verc. hoc uerbum abest. 35) Sic Scal. messala ed. Pith. metalla Vind. mesalla Verc. 36) coss. omnes codd. omittunt. 37) Sic Scal. coercentur ed. Pith. cohereentur Vind. cohercendum Verc. 38) ob a Scal. abest sec. Haen. 39) uenundandum uel denudandum non omnes codd.: in Verc. tamen uerba uel denudandum non remittendum corrector suppleuit. Cetera quae de hoc loco a multis multimode tentato dicenda erunt, ad excursum VIII. reieci. 40) uel Verc., ab ipso librario scriptum. 41) senatusconsultus Vind. 42) conss. Scal. 43) sit omnes codd. 44) paenam Verc. 45) afficitur Vind.

si quis coierit] Simil. Macer, fr. 2. med. de Concussione (47, 13.)

Cotta et Messalla] cfr. Vlpianus, fr. 4. §. 2. de Officio procons. (1, 16). Venuleius, fr. 12. §. 3. de Accusationibus (48, 2.)

§. 3.] Simil. Marcianus, fr. 1. §. 2. de Lege Cornelia de falsis (48, 10). Macer, fr. 2. fin. de Concussione (47, 13.)

qui iaculandi [32] causa [33] ad urbem [34] missu sest, erit [35]: palamue [36] corpore quaestum [37] faciet [38], feceritue [39]: quiue ob [40] testimonium dicendum [41] pecuniam accepisse iudicatus [42] erit, ne [43] quis eorum [44] hac lege in reum [45] testimonium dicat."

3 Capite octogesimo septimo his: [46] "Homines inuiti in reum testimonium ne dicant [47], qui sobrinus [48] est ei reo, propioreue [49] cognatione [50] coniunctus, quiue socer, gener, uitricus [51], priuignusque [52] eius erit." ET RELIQVA.

KP. X. (III.) [1] PAVLVS LIBRO SENTENTIARVM QVINTO, SVB TITVLO [2] DE TESTIBVS ET QVAESTIONIBVS [3].

1 Suspectos [4] testes, et eos uel [5] maxime, quos

---

96) acquisita Vind. adquisita Verc. in quo uerbum atque latere uidetur, quod omnes codices omittunt. sunt exquisita cj. Bondam. 97) inuenta Vind. astu inuenta cj. H.Canneg. l. c. adinuentis cj. Roeuer. cap. XII, et Bondam. A Bilderdykio pro interpretamento habentur uerba: et adinuenta. 98) comperimus cj. Bilderdyk. 99) adeo Baronius. 100) eorum maenas Pith. erumnas Vind. Verc. eorum manes cj. Cuiacius. eorum machinas ed. Heidelb. eorum minas Baronius. eorum naeuis cj. Bondam. ea remouemus cj. H. Canneg. p. 329. non romanas cj. Vonck l. c. commeritas cj. Struchtmeyer p. 85. coercitiones cj. Bilderdyk. 101) adque Vind. at cj. Vonck l. c. poenas aeque, uerbis transpositis, cj. Bondam. 2) Sic ed. Geneu. et Schult. illi Pith. Verc. illas Vind. 3) hac Vind. ad, corr. ac, Scal. 4) una cum abominandis scripturis librarii culpa huc aberrasse suspicatur Bilderdyk. 5) poena Vind. Scal. sec. Haen. pena Verc. 6) subiici Pith. 7) aut, omisso ita, Verc. 8) consentaneus Verc. consectantes Baronius. consectarios cj. Bilderdyk. 9) Sic cj. Pith. et Cuiacius. ad eos omnes codd. 10) et usque adeo contentiosos delet Bilderdyk. 11) nomina Vind. 12) quis Scal. Vind. Verc. 13) etiam pro glossemate habet Bilderd. 14) personam Vind. aut . . . personae delet Bilderdyk. 15) huc Vind. Scal. hunc Verc. 16) adque Scal. sec. Haen. et cj. Pith. 17) secutam Vind. Scal.

§. 6.] Simil. Paulus, Sentent. V, 23. §. 17. 18.

uel ad doctrinam Persarum [18] se transtulerint [19], eorum patrimonia [20] fisco nostro adsociari [21] facies [22]; ipsos [23] quoque foenensibus [24], uel proconensibus [25] metallis dari.

8 Vt [26] igitur stirpitus [27] amputari mala [28] haec [29] nequitia [30] de saeculo [31] beatissimo nostro possit [32], deuotio tua iussis ac [33] statutis [34] tranquillitatis nostrae maturius obsecundare [35] (festi-

---

18) uel ad doctrinam Persarum delet Bilderdyk. 19) transtulerunt Pith. Vind. 20) bona Baronius. 21) associari Verc. 22) facias Vind. 23) ipsi Vind. ipso Verc. ipsosque, omisso quoque, Baronius. 24) forensibus omnes codd. focensibus Scal. et cj. Bynkersh. p. 222. elaphonensibus cj. Pith., propter locum Plinii. fonensibus ed. Paris. a. 1586 in marg., et S. Petitus Obss. II, 10. fennensibus siue phaenensibus cj. Schultingius, propter Theodoretum ceterosque infra laudatos. 25) pconensibus Verc. proconnensibus cj. Pith. et Schult. 26) uti Scal. 27) strepitus Scal. sec. Pugg. Totum uerbum delet Bilderdyk. 28) Sic cj. Vryhoff obss. p. 184, et Bondam specim. cap. 1. malis Pith. Vind. mali Verc. radix cj. Pith. messis cj. Cuiacius. talis ed. Paris. a. 1586 in marg. magis ed. Heidelb. immanis cj. H. Canneg. p. 331. inanis cj. Struchtmeyer p. 86. magica cj. Bondam uar. lect. 11. 29) et Baronius. 30) nequitiae Pith. nequissi Vind. 31) de hoc seculo Vind. de seculo Scal. 32) possint Baronius. 33) hac Vind. Verc. 34) statis Verc. ac statutis delet Bilderdyk. 35) ob secundari Vind. obsecundato cj. Bynkersh. et Bondam specim. c. 1.

§. 7. Foenensibus uel Proconensibus] cfr. Vlpianus, fr. 8. §. 4. de Poenis (48, 19.) Iustinianus, nouella XXII. Plinius, natural. histor. lib. V. cap. ult. ibique Harduinus. Theodoretus, hist. eccles. lib. IV. cap. 16. 22. Athanasius, epist. ad solitar. uit. agent. p. 850 ed. Colon. 1686. Epiphanius, aduers. haeres lib. II. p. 719 ed. Paris. 1622. Eusebius, in onomastico, uoce *Δαιδὰν*. Relandi Palaestina p. 951. 952.

§. 8. mala nequitia] Simil. Theodos. et Valent., const. 5 de Hereticis (1, 5): "ad imam usque scelerum nequitiam peruenerunt Manichaei."

net.) [36] Dat. pridie Kal. Aprilis, Alexandriae. [37] [p. Chr. 287?]

EXPLICIT TITVLVS DE MATHEMATICIS, MALEFICIS ET MANICHAEIS. [1] INCIPIT [2] DE LEGITIMA SVCCESSIONE [3].

TITVLVS SEXTVS DECIMVS [4].

KP. I. [5] SCRIPTVRA DIVINA SIC DICIT:

Filiae Salfadae [6] adstantes ante Moysen [7] et Eleazarum [8] sacerdotes et principes, atque omnem [9] senatum filiorum Israel [10] in foribus tabernaculi testimonii, dixerunt: 1

Pater noster mortuus est: et filii non fuerunt ei, sed filiae. 2

Et ideo non deleatur nomen patris nostri de medio tribus suae [11]. Non est ei masculus. Date nobis possessionem in medio fratrum patris nostri. 3

Et obtulit [12] Moyses petitionem [13] earum coram deo [14]. 4

---

36) Hoc ex coniectura addidit Pithoeus. procurabit ed. Heidelb. studebit, uel studeat cj. Bilderdyk. 37) Subscriptionem omittit Verc. Alexandriae etiam a Vind. abest.

1) EXPLICIT DE MATHEMATICIS, ceteris omissis, Vind. A Verc. haec omnia absunt. 2) INCIPIT TITVLVS XVI. Scal. KP. CXXV. ITEM Verc. 3) DE LEGITIMAS ACTIONES Vind. DE LEGITIMA ACTIONE Verc. 4) Haec ab omnibus codd. absunt. 5) CXX. Vind. 6) salpha.d. Vind. salpadae Verc. 7) moysem Pith. moyse Verc. 8) eleanarum Vind. 9) sacerdotem et principem omnemque Pith. 10) isrhl Vind. 11) de media tribu sua Vind. 12) optulit Verc. 13) petitiones Verc. 14) domino deo, omisso coram, Pith. Verc.

Kap. I.] Extat Numerorum cap. XXVII, uers. 2 ... 8. 11.

5 Et locutus est Dominus Moysi [15] dicens:

6 Recte filiae Salphadae [16] locutae sunt: et ideo dabitis eis possessionem hereditatis in medio fratrum patris earum.

7 Et dices [17] haec filiis Israel [18]: Homo si decesserit, et [19] filios [20] non habuerit,

8 Dabitis hereditatem proximo eorum de tribu eius: et possidebit omnia eius. Et haec erit filiis Israel [21] iustificatio iudiciorum, secundum [22] quae constituit Dominus Moysi.

KP. II. [1]). GAIVS INSTITVTIONVM LIBRO III. [2] LEGITIMAS SIC ORDINAT [3] SVCCESSIONES:

1 Intestatorum [4] hereditates lege [5] duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent.

2 Sui [6] autem heredes existimantur [7] liberi, qui in potestate morientis fuerunt, ueluti filius filiaue [8],

---

15) moysen Vind. moyses Verc. 16) salpadae Pith. Verc. salphad Vind. 17) dicimus Pith. dicis Verc. 18) isrhl Vind. 19) et omittit Vind. 20) filium Vind. filius Verc. 21) isrhl Vind. 22) sicut, omisso quae, Vind.

1) LIBER INSTITVTIONVM. KAP. CXXI. Vind. LIBRO TERTIO INSTITVTIONV KP. CXXVI. DE SVCCESSIONE INTER FRS Verc. 2) II. cj. Pith. Quae sequuntur, una cum uerbo Intestatorum omittit Verc. 3) ordinata Vind. 4) statutorum Scal. intestatorum autem Instt. 5) ex lege Instt. 6) Si Scal. Verc. 7) extimantur Verc. existimantur, ut supra diximus Institt. 8) filia uel Pith. Vind. filiaue uel Verc. filia sed Scal.

Kap. II.] Haec nunc leguntur apud Gaium, institt. lib. III. §. 1 ... 17, sed usque ad §. 5. med. ex nostro praesertim loco restituta sunt.

§. 1.] Simil. §. 1. Institt. de Hereditatibus quae ab intest. (3, 1.) Gaius Visigoth. lib. II. tit. 8. pr. Vlpianus, fragm. tit. XXVI. §. 1.

§. 2.] Haec repetuntur §. 2. Instt. l. c., ubi tamen aliunde nonnulla addita sunt. Simil. Gaius Visigoth. l. c. Vlpianus fragm. l. c. et XXII. §. 14. Gaius institt. II. §. 156.

nepos [9] neptisue (ex filio) [10], pronepos proneptisue [11] ex nepote [12] filio nato prognatus [13] prognataue. Nec interest, (utrum) [14] naturales (sint) [15] liberi, an adoptiui [16]. Ita demum tamen nepos neptisue [17] et [18] pronepos proneptisue [19] suorum heredum numero sunt, si praecedens [20] persona desierit (in potestate parentis esse, siue morte id acciderit) [21] siue alia ratione [22], ueluti emancipatione [23]. Nam [24] si per id [25] tempus, quo quis moritur [26], filius in potestate eius sit [27], nepos [28] ex eo suus heres esse non [29] potest [30]. Idem et in ceteris [31] deinceps liberorum personis dictum intellegimus.

Vxor quoque, quae in manu eius [32] est [33], 3

---

9) nepus Verc. 10) Sic Instt. A nostris codd. ex filio abest: immo etiam neptisue pronepos abest a Vind. 11) et pronepos pronepotesue Scal., omnibus quae sequuntur, usque ad uerbum proneptisue omissis. proneptus proneptisue Verc. 12) ex nepote uel Vind. nepote ex Inst. 13) natu prognatos Verc. 14) Sic Instt. interesse, omisso utrum, omnes codd. 15) sint ex Instt. adscripsimus. 16) Hic multa ex nouo iure adduntur in Instt. 17) nepus neptimue Verc. 18) et abest ab Institt. 19) pronepotes proneptesue Vind. pronepus pronepteue Verc. 20) precedens Vind. Scal. 21) Haec omnes codd. omittunt: adsunt in Institt. 22) rationem Vind. 23) emancipationem Vind. 24) nec, corr. nam, Scal. sec. Pugg. cfr. nota 37. 25) Sic Instt. idem omnes codd. 26) Sic Instt. sec. Hal. quisque morietur Pith. Verc. quisque moriatur Verc. quis moreretur Instt. sec. Cuiac. et Bien. 27) sint Vind. Verc. 28) nepus Verc. 29) non omittit Vind. 30) KAP. CXXII. inserit Vind. KP. CXXVII. Verc., rubrica ad CETERIS usque producta. 31) ceteri Vind. 32) eius Göschenius omisit. uiri cj. Ferd. de Retes Opusc. lib. I. c. 4. §. 10. an alicuius? 33) in manum eius uenit cj. H. Canneg. p. 339.

§. 3.] Simil. Gaius, Institt. I, 139. 159. III, 40. Vlpianus, fragm. XXII, 14. XXIII, 3. XXIX, 1. Gellius, lib. XVIII, cap. 6.

ei [34] sua heres est [35], quia filiae loco [36] est: item nurus, quae in filii manu est, nam [37] et haec neptis loco est [38]. Sed ita demum erit sua heres, si [39] filius, cuius in manu erit [40], cum [41] pater moritur [42], in potestate eius non sit [43]. Idemque [44] dicimus et de ea, quae in [45] nepotis manu [46] matrimonii [47] causa sit, quia [48] proneptis [49] loco est.

4 Postumi [50] quoque, qui [51] si uiuo parente nati essent, in potestate eius futuri [52] forent, sui [53] heredes sunt.

5 [54] Idem iuris est de his, quorum [55] nomine [56] ex lege Aelia [57] Sentia, uel ex senatusconsulto [58] post mortem [59] patris causa (probatur: nam et hi,

---

34) Sic cj. Pith., Cuiac. et de Retes. is Pith. in Verc. A Vind. uerbum abest; item omittunt H. Canneg. et Göschenius. iure suo cj. Bondam uar. lect. 12. 35) ualere et pro sua heres est Vind. 36) in loco Vind. locus Verc. 37) nec, corr. nam, Scal. sec. Haen. cfr. nota 24. 38) item ... loco est Vind. omittit. 39) si Vind. et Verc. omittunt. 40) eius Vind. Verc. Scal. 41) dum Pith. Vind. 42) morituri Vind. 43) sit KAP. CXXIII. Vind. sunt. KP. CXXVIII. Verc., rubrica atque ad alterum SIT producta. 44) Que Vind. 45) in omittit Vind. DE Verc. 46) manum Vind. 47) matrimoni, corr. matrimonii, Vind. 48) cause ita Vind. CAVSA SIT quae a Verc. Scal. 49) pronepotis Verc. Scal. sec. Haen. 50) posthumi Vind. 51) qui Vind. et Verc. omittunt. 52) futuris Vind. Verc. 53) sibi Vind. Verc. 54) KAP. CXXIV. Vind. 55) qui erroris cj. Cuiacius. qui eorum cj. Schulting. ad Gaium Visig. II, 8. qui iure cj. H. Canneg. p. 341. 56) Sic cj. Pith. Cuiac. Schult. cfr. etiam Gaius II, 142. nomina omnes codd. postliminii et cj. H. Canneg. p. 341. 57) helia Vind. 58) uel senatusconsultus Vind. uel ex senatusconsultus (s. senatusconsultum) Scal. 59) Inde ab hoc uerbo Gaii codex Veronensis etiamnunc superest.

matrimonii causa] cfr. Gaius, instt. I, 114. Gellius IV, 3.

§. 4.] Haec extant §. 2 fin. Instt. l. c. Simil. Gaius Visigoth. II, 8. pr. Vlpianus, fragm. XXII, 15.

§. 5.] Simil. Paulus, cap. III. h. t., §. 7. et 15. Gaius, Institt. I, 32. II, 142. 143.

uiuo patre causa) [60] probata, in potestate eius futuri essent.

(Quod) [61] etiam [62] de eo filio [63], qui ex prima 6
secundaue [64] mancipatione [65] post mortem patris manumittitur [66], intellegemus [67].

(Igitur) [68] cum filius [69] filiaue, et ex altero filio 7
nepotes [70] neptesue [71] extant [72], pariter ad hereditatem uocantur: nec qui gradu [73] proximior [74] est, ulteriorem [75] excludit. Aequum [76] enim uidebatur [77], nepotes neptesue [78] in patris sui locum portionemque succedere. Pari [79] ratione [80] et si nepos [81] neptisue [82] sit ex [83] filio, et ex nepote [84]

---

60) Haec ex cod. Veronensi suppleuimus. 61) quod omnes codd. omittunt: exhibet tamen codex Veronensis. idem cj. Scal. 62) Sic cod. Veron. et nostri codd. 63) de officio Vind. 64) Sic cod. Veron. secundaque nostri codd. 65) emancipatione Pith. Vind. emancipationem, corr. emancipatione, Scal. 66) manum mittitur Verc. 67) Sic cod. Veron. intelligimus Pith. intellegimus Verc. ille legitimus Vind. 68) Hoc ex cod. Veron. suppleui: abest tamen etiam a Iustiniani institutionibus. 69) filiis Verc. Scal. 70) nepote Vind. 71) nepteue Vind. ue nepte Verc. se Scal. 72) Sic cod. Ver. et Instt. sec. Bien. existent Pith. Verc. existente Vind. existunt Instt. sec. Hal. et Cuiac. 73) gradum Vind. Verc. 74) Sic cod. Ver. et Instt. propior Pith. proprium Vind. proprio Verc. 75) ulteriore Scal. sec. Haen. Verc. 76) excludit. Cum Vind. excludite. Cum Verc. excludit et quem Scal. 77) Sic cod. Veron. uidetur Pith. Verc. Instt. uidentur Vind. 78) nepotesue nepte Verc. 79) patri Scal. 80) rationem Vind. 81) nepus Verc. 82) neptisque cod. Veron. neptesue Verc. 83) et Verc. 84) nepote Scal. omittit.

§. 6.] Simil. Paulus l. c. §. 7. Instt. de Hered. quae ab intest. Vlpianus, fragm. XXIII, 3. (3, 1.) Simil. Gaius Visig. II, Gaius, Institt. I, 132. II, 141. 8. §. 2. Vlpianus, fragm. §. 7. 8.] Haec extant §. 6. XXVI, 2.

pronepos proneptisue [85], simul (omnes) [86] uocantur (ad hereditatem) [87].

8 Et quia [88] placebat, nepotes neptesue [89], item [90] pronepotes proneptesue in patris [91] sui locum succedere, conueniens esse uisum [92] est, non in capita, sed [93] in stirpes [94] hereditates [95] diuidi [96], (ita) [97] ut filius partem dimidiam [98] hereditatis ferat [99], (et) [100] ex altero filio duo pluresue nepotes alteram [101] dimidiam: item [2] si ex duobus filiis nepotes extent [3], et [4] ex altero filio unus forte, uel duo [5], ex altero tres aut quattuor [6], (ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat, et ad tres aut quattuor) [7] altera [8] dimidia [9].

9 De agnatis [10]. Si nullus sit suorum here-

---

85) neptisue cod. Veron. 86) Haec solus cod. Veron. exhibet. 87) Haec item ex solo cod. Veron. suppleri poterant. 88) qua Vind. Verc. 89) nepotis nepote sua Vind. 90) KAP. CXXV. Item Vind. Require post capitulū CXXXmoIIIIo capitulū cū XXXū. KP. CXXVIIII. IDEM Verc. cfr. infra nota 102. 91) patri Verc. parentis cod. Ver. et Instt. 92) uisus Vind. Verc. A Pith. uerba esse uisum est absunt. 93) et Verc. 94) stirpem Pith. stirpe Vind. 95) hereditatem Vind. hereditatis Verc. Scal. 96) diuidit, corr. diuidi, Scal. 97) ita solus cod. Veron. exhibet. 98) Sic cod. Veron. et instt. dimidiam partem nostri codd. dimidiam item Scal. 99) Sic cod. Veron. fruat Pith. fuerat Vind. Verc. habeat Instt. 100) et nostri codd. omittunt. 101) aliam Vind. 2) KAP. CXXVI. Item Vind. A Verc. omnia, quae sequuntur, usque ad uerbum habuerint, in media §. 10, absunt: cuius lacunae causa ea, quae antea, nota 90, relata sunt, librarius scripsisse uidetur. 3) existant Vind. 4) et Pith. et Instt. omittunt. 5) duo Vind. et Scal. omittunt. 6) quatuor Pith. 7) Haec etiam a Pith. et Vind. absunt. 8) alteram Vind. et cj. Scal. 9) Sic cod. Veron. et Instt. dimidiam Pith. et Vind. 10) Haec a cod. Ver. et instt. absunt. agnatus Scal.

§. 9.] Simil. Gaius Visig. agnat. success. (3, 2.) Vlpia-
II, 8. §. 3. pr. Inst. de Legit. nus, fragm. XXVI. §. 1.

dum, tunc hereditas pertinet ex [11] eadem lege [12] duodecim tabularum ad agnatos.

Vocantur autem agnati, qui legitima cognatio- 10
ne [13] iuncti [14] sunt. Legitima autem cognatio haec est [15], quae per uirilis sexus [16] personas [17] coniungitur [18]: itaque [19] eodem patre nati [20] fratres agnati sibi [21] sunt, qui etiam [22] consanguinei uocantur; nec requiritur, an matrem eandem [23] habuerint [24]. Item [25] patruus fratris [26] filio, et inuicem is [27] illi agnatus est. Eodem [28] numero sunt fratres [29] patrueles [30] inter se [31], id est, qui ex duobus fratribus progenerati [32] sunt, quos plerique etiam consobrinos uocant [33]: qua ratione [34] scilicet etiam ad [35] plures gradus [36] agnationis [37] peruenire poterimus [38].

Non tamen omnibus simul agnatis dat lex duo- 11
decim tabularum hereditatem, sed his, qui tunc [39]

---

11) et ex Vind. 12) legem Vind. 13) legitimam cognationem Vind. 14) uincti Pith. 15) hoc est Vind. est ea cod. Veron. 16) ex uirili sexu Vind. 17) persona Scal. personae Vind. 18) coniunguntur Vind. 19) Sic Vind. et Instt. ita qui Pith. itaque qui cj. Göschenius. 20) nati sunt Pith., quod recepit Göschenius. 21) uisi Scal. Vind. 22) et Instt. 23) etiam eandem matrem Instt. 24) habuerunt. KAP. CXXVII. Vind. KP. CXXX. Verc. 25) ITEM Verc. 26) patris Vind. 27) his Vind. 28) eorum Vind. 29) fratris Verc. 30) patruelis Vind. Verc. 31) inter se ab Instt. absunt. 22) procreati Instt. 33) quos ... uocant Verc. omittit. 34) rationem Vind. 35) et Vind. 36) grados Vind. 37) agnitionis Vind. Verc. 38) potuerimus Pith. pterimus (i. e. praeterimus) Verc. 39) tum Scal.

§. 10.] Haec nonnullis mutatis repetita sunt §. 1. Instt. de Legitima agnat. succ. (3, 2). Simil. Gaius Visig. II, 8. §. 3. Vlpianus, fragm. XXVI, 1. med. Gaius, institt. I, 156 et fr. 7. de Legit. Tutor. (26, 4.)

§. 11.] Simil. §. 1. Instt. titulo laudato. Gaius Visig. II, 8. §. 4.

cum [40] certum est, aliquem intestato [41] decessisse [42], proximo [43] gradu sunt.

12 Nec in eo iure [44] successio est: ideoque si heres [45] proximus omiserit [46], uel antequam hereditatem [47] adierit, decesserit, sequentibus nihil iuris ex lege [48] competit.

13 Ideo autem non mortis tempore, quis proximus [49] erit [50], requirimus, sed eo tempore, quo certum fuerit, aliquem [51] intestatum [52] decessisse, quia [53] si quis testamento facto [54] decesserit, melius esse uisum [55] est, tunc (ex iis) [56] requiri [57] proximum [58], cum certum esse coeperit, neminem [59] ex eo testamento heredem fore [60].

---

40) cum Scal. Vind. et Verc. omittunt. 41) intestatum Scal. 42) decessisset Vind. 43) proximiore Instt. sec. Vulg. proximiores Instt. sec. Hal. 44) iure Vind. 45) heredem Vind. Verc. agnatus cod. Veron. 46) proximo suo miserit Vind. proximos omiserit Verc. proximus hereditatem omiserit cod. Veron., si scripturae uestigiis fidem habere licet. spreuerit hereditatem Instt. 47) hereditatem Instt. et Göschenius omittunt. 48) ex lege omnes codd.; sed Pithoeus incuria omisit. 49) proximum Vind. A Pith. uerba quis ... tempore absunt. 50) sit cj. Göschenius. 51) alique Verc. 52) intestamentum Vind. intestamentu Verc. 53) Sic cj. Pith. et Göschenius. quam omnes codd. quoniam cj. Cuiacius. cfr. Oiselius ad Gaium Visig. II, 8. Fabrotus ad Theoph. III, 2. §. 6. 54) factum Verc. 55) uisus, corr. uisum, Scal. 56) Haec solus cod. Veron. habet, aut certe habere uidetur. 57) requirit Vind. 58) proximum est Verc. 59) nemine Verc. 60) heredum forte Verc. fore heredem cod. Veron.

§. 12.] Simil. §. 7. Instt. eod. Vlpianus, fragm. XXVI, 5. Paulus, Sentent. IV, 8. §. 23. cfr. Gaius, Instt. III, 22. 28.

§. 13.] Simil. §. 6. Instt. de Legit. agnat. success. (3, 2.)

cum certum etc.] Simil. Africanus, fr. 16. de Liberis et postum. (28, 2.) Alexander, const. 1. de Bon. poss. sec. tab. (6, 11.)

Quod [61] ad feminas tamen [62] attinet [63], (in) [64] 14
hoc iure aliud [65] in ipsarum hereditatibus capiendis placuit [66], aliud [67] in ceterorum (bonis) [68] ab [69] his capiendis. Nam [70] feminarum hereditates proinde [71] (ad nos) [72] agnationis iure redeunt, atque [73] masculorum: nostrae uero hereditates ad feminas ultra consanguineorum [74] gradum non pertinent. Itaque soror fratri sororiue [75] legitima heres [76] est: amita uero et fratris filia (legitima) [77] heres esse non potest. Sororis autem nobis loco [78] est etiam mater aut nouerca, quae per in manum [79] conuentionem apud patrem nostrum ius filiae consecuta [80] est.

Si ei, qui [81] defunctus erit, sit [82] frater et al- 15
terius fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur [83], frater [84] potior [85] est, quia [86] gradu [87]

---

61) quedam Vind. qui, corr. quod, Scal. 62) tamen Pith. omittit. 63) attinent Vind. adtinet Verc. 64) in solus cod. Veron. habet. 65) iuro aliut Vind. 66) Sic cod. Veron. placet nostri codd. 67) aliut Vind. 68) bonis solus cod. Veron. exhibet. 69) ad Vind. 70) Sic cod. Veron. nam et nostri codd. 71) deinde Vind. perinde ed. Heidelb. et Gösch. 72) Haec iterum solus cod. Veron. habet. 73) ad quem Verc. 74) nostrae ... consanguineorum Verc. omittit. 75) fratris sorori uel Vind. Verc. 76) legitimae res Vind. 77) Ex cod. Veron. hoc addidimus. 78) locum Vind. 79) manu Vind. 80) iuncta Vind. cuncta Verc. 81) Sic cod. Veron. Si quis nostri codd. 82) si sit nostri codd. 83) intelligitur Pith. Vind. 84) frater Vind. omittit. 85) portior Verc. prior cod. Veron. 86) qui ad Verc. 87) gradum Vind. Verc.

§. 14.] Simil. §. 3. Instt. de Legit. agn. succ. (3, 2.) Gaius Visig. II, 8. §. 5. Vlpianus, fragm. XXVI, 6. Gaius, instt. III, 23.

§. 15.] Simil. §. 5. Instt. eod. Gaius Visig. II, 8. §. 6. sicut ex superioribus] Vide supra §. 11.

praecedit: sed alia facta (est) [88] iuris interpretatio inter suos [89] heredes.

16 Quodsi defuncti nullus frater extet [90], sed sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: sed [91] quaesitum est, si dispari numero sint, forte [92] nati [93] ex uno unus, uel duo, et [94] ex altero tres, aut [95] quattuor [96], utrum in stirpes [97] diuidenda sit hereditas, sicut inter suos [98] heredes [99] iuris est, an [200] potius in capita. Iam dudum tamen [201] placuit, in capita diuidendam [2] hereditatem: itaque quotquot [3] erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas [4] diuidetur [5], et [6] singuli singulas portiones ferent [7].

17 Si nullus agnatus sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat [8]. Qui sint [9] autem gentiles, primo commentario [10] retuli-

---

88) Sic cod. Veron. faciat Pith. facta Vind. Verc. facit, fuit, fuerat, placita, sancita, uariorum sunt coniecturae. 89) uos, corr. suos, Scal. 90) exstet Pith. 91) sed a cod. Ver. abest. 92) forte numero sint cod. Veron. 93) nati ut cod. Veron. 94) et a cod. Ver. abest. aut Vind. 95) uel cod. Ver. 96) quatuor Pith. 97) stirpe Vind. 98) uos, corr. suos, Scal. 99) heredum Vind. 200) an Scal. omittit. 201) Sic cod. Ver. autem nostri codd. 2) diuidendam esse cod. Veron. 3) quod Verc. 4) hereditas ... portiones a Pith. abest: quamobrem multa frustra tentata sunt a uiris doctis. 5) diuiditur Vind. 6) ita ut cod. Ver. 7) fuerunt Pith. fecerunt Vind. fer (i. e. ferunt) Verc. ferant cod. Veron. ferrent cj. Scal. sec. Pugg. ferent cj. Scal. sec. Doruill. ferunt cj. Cuiacius. fient, forent, fundetur, scindetur alii coniecerunt. 8) uocant Vind. et cod. Veron. 9) sunt Scal. sec. Doruill. 10) commentariorum Pith.

sed alia etc.] Vid. supra §. 7.

§. 16.] Simil. Vlpianus, fragm. XXVI, 4. cfr. §. 4. Instt. l. c.

sicut inter suos etc.] cfr. supra §. 8.

§. 17.] Simil. Vlpianus, kap. IV. §. 2. h. t.

primo commentario] cfr. Gaius, institt. I. §. 155, ibiq. Göschenius.

mus [11]: et [12] cum illic [13] admonuerimus [14], (totum) [15] gentilicium [16] ius in desuetudinem [17] abiisse [18], superuacuum est, hoc quoque loco de ea re [19] curiosius tractare [20].

KP. III. [1]. PAVLVS [2] LIBRO [3] SENTENTIARVM IIII [4], SVB TITVLO DE INTESTATORVM [5] SVCCESSIONIBVS [6].

Intestati dicuntur, qui testamentum [7] facere non possunt, uel ipsi linum, ut intestati decederent [8], abruperunt: uel hi [9], quorum [10] hereditas repudiata est, cuiusue [11] conditio [12] defecerit. Sane [13] iure praetorio [14] factum testamentum ab- 1

---

11) rettulimus cod. Veron. et ultimum Pith. Verc. respondit et ultimum Vind. traditum est, euolutum est, expositum est, olim coniiciebatur. 12) est et ed. Pith. est Vind. Verc. Scal. et cod. Veron. 13) illud Scal. 14) admoueremus Verc. 15) Ex cod. Veron. 16) Sic Scal. et Verc. gentilitium ed. Pith. et Vind. gentilicum cod. Veron. 17) inde sue consuetudine Verc. 18) abisse Vind. Scal. habuisse Verc. 19) de eadem re iterum (?) cod. Veron. 20) intractare Vind.

1) CXXVIII. Vind. CXXXI. Verc. 2) A Verc. uerba Paulus ... titulo absunt: in Vind. etiam reliqua pars rubricae desideratur. 3) liber Scal. 4) VII. Pith. 5) Sic lex romana Visig. testamentorum Pith. INTESTORVM Verc. 6) successione Paulus Visig. 7) testamento Vind. 8) dicere Vind. dicerent Verc. 9) hic Vind. Verc. 10) eorum Vind. 11) cuius nec Scal. cuius uel Verc. 12) condicio Verc. 13) Sic cj. Scal. et Io. Canneg. ad h. l. sine omnes codd. si cj. Cuiacius, addito sit post testamentum. 14) p̄turio Verc.

Kap. III.] Haec leguntur apud Paulum, Sentent. IV, 8. §. 1 ... 19. 22: sed praeter §§. 14. 18. et 22. omnia ex nostro loco restituta sunt.

facere non possunt] cfr. tamen Vlpianus, fr. 1. pr. de Suis et legit. (38, 16.)

uel ipsi linum] cfr. Vlpianus, fr. 1. §. 10. de B. P. sec. tabb. (37, 11.) fr. 1. §. 3. de His quae in test. del. (28, 4.) Iustinianus, const. 30. de Testamentis (6, 23.)

iecta [15] doli exceptione [16] optinebit [17].

2 Ii [18], quorum testamenta rumpuntur [19], aut inrita [20] fiunt, ipso [21] quidem [22] iure testati [23] decedunt, sed per consequentias [24] sublato testamento intestati decedunt.

3 Intestatorum hereditas lege duodecim tabularum primum suis heredibus, deinde agnatis, et [25] aliquando quoque [25a] gentilibus [26] deferebatur. Sane consanguineos [27] lex non adprehenderat [28]: interpretatione [29] prudentium primum inter agnatos locum acceperunt [30].

---

15) Sic omnes codd. obiecta cj. Pith. et Cuiac. adiecta cj. Scal. non obiecta cj. Schulting. ad Paul. IV, 8. §. 1. abiecta doli obiecta exc. cj. Io. Canneg. ad h. l. 16) Sic cj. Pith. Cuiac. aliique. expectatione Pith. Verc. exspectationem Vind. 17) obtinebit Pith. Verc. 18) eorum omnes codd. ii enim cj. Schulting. l. c. 19) testamenta rumponuntur Vind. testamentarum ponuntur Verc. 20) inuita Vind. Verc. 21) quamuis ipso (uel licet pro ipso quidem) cj. Pith. 22) quoque Vind. 23) testamenti Pith. intestati cj. Pith. Scal. Cuiacius et Schultingius. 24) consequentia Verc. A Pith. uerba sed ... decedunt absunt, nec cuiquam ea quae desiderabantur, recte supplere contigerat. 25) est Vind. est et Verc. 25a) enim Vind. 26) Sic cj. Pith. Scal. Cuiac. Schult. gentibus omnes codd. 27) Sic cj. Pith. et Scal. consanguineis omnes codd. consanguineos quos cj. Cuiacius et Schult. 28) adprehenderet Vind. apphenderat Verc. comprehenderat cj. Iac. Gothofr. ad leg. XII. tabb., probation. ad tab. V. cap. 2. adprehendit at ed. Paris. a. 1586 in marg., item cj. Pauw obss. p. 76. 29) interpretationem Scal. Vind. sed interpretatione cj. Pith. cfr. nota anteced. 30) accoeperint Vind.

doli exceptione] cfr. §. 2. h. l. Papinianus, fr. 11. §. 1. de B. P. sec. tabb. (37, 11.) Cuiacius, ad Papiniani Quaestt. lib. XIII. Schultingius, ad Pauli Sentent. IV, 8. §. 1.

§. 3. interpretatione etc.] cfr. §. 3 med. Instt. de Legit. agnat. succ. (3, 2) Iustinianus, const. 14 de Legit. hered. (6, 58.)

Sui [31] heredes sunt hi [32]: primo [33] loco filius 4
filia in potestatem [34] patris constituti [35]; nec interest [36], adoptiui sint, an [37] naturales et [38] secundum legem Iuliam [39] Papiamue quaesiti [40], modo maneant in potestate [41].

Qui sui heredes [42] sunt, ipso iure heredes [43] 5
etiam ignorantes constituuntur, ut furiosi, aut infantes et peregrinantes [44]: quibus bonorum possessio [45] propter praetoriam [46] actionem non erit [47] necessaria [48].

---

31) sibi Vind. suis Verc. 32) hoc Scal. Vind. Verc. 33) primum Vind. 34) potestate Pith. 35) constituta Scal. 36) interest si Vind. Verc. 37) tam Vind. 38) eos Vind. Verc. 39) iulia, corr. iuliam, Scal. 40) papianum exquisiti Vind. papiam uel quesiti Verc. papiamque quaesiti cj. Schulting. ad Paul. h. l. 41) potestatem Vind. 42) heredem Verc. 43) heredum Vind. heredem Verc. 44) ex peregrinantes Vind. Verc. aut peregrinantes ed. Heidelb. et peregri nati cj. Cuiacius: cfr. §. ult. Instt. de H. I. (2, 14.) 45) possessionis Pith. Verc. possessiones Scal. Vind. ius bonorum possessionis cj. Pith. 46) pturia Verc. 47) erat omnes codd. erit cj. Pith. 48) necessarium ed. Pith. necessaria Scal. sec. Haen.

§. 4. Sui heredes etc.] Simil. Gaius, kap. II. §. 2. h. t. §. 2. Instt. de Hered. quae ab intest. (3, 1.)

secundum legem etc.] cfr. Merillius, obss. VIII, 10. Iac. Gothofredus, ad leg. Iul. et Pap. cap. 4, et Heineccius, ad leg. Iul. et Pap. lib. II. cap. 6. pag. 190.

§. 5. ipso iure] Simil. §. 3. Instt. de Hered. quae ab intest. (3, 1.) Gaius, fr. 14. de Suis et legit. (38, 16.) Paulus, fr. 11. de Lib. et Post. (28, 2.)

furiosi] cfr. Marcellus, fr. 63. de A. H. (29, 2.) Iustinianus, const. 7. §. 2. de Cur. furiosi (5, 70.)

praetoriam] i. e. possessoriam hereditatis petitionem. cfr. Gaius, instt. IV, 34. Vlpianus, fragm. XXVIII, 12. Dig. V, 5: de possessoria hereditatis petitione. Iulianus, fr. 4. fin. de Carbon. edicto (37, 10.) Tryphoninus, fr. 50. §. 2. de Bonis Libert. (38, 2.)

6 In [49] suis [50] heredibus adeo a morte [51] testatoris [52] rerum hereditariarum [53] dominium continuatur [54], ut nec [55] auctoritas pupillis [56], nec furiosis curator sit necessarius, nec si [57] forte soluendo [58] (non) [59] sit hereditas: quamuis [60] etiam furiosus, si resipuerit, et pupillus [61], si adoleuerit [62], abstinere possint [63].

7 Post mortem patris [64] natus, uel ab hostibus reuersus, aut ex primo secundoue [65] mancipio manumissus [66], cuiusue [67] erroris causa probata, licet non fuerint [68] in potestate, sui tamen patri heredes efficiuntur.

8 Post filios filias, ad [69] intestatorum successionem inter suos ueniunt [70] nepotes, neptes, pro-

---

49) in Scal. Vind. Verc. omittunt. 50) sui, corr. suis, Scal. 51) Sic cj. Pith. et Schult. ad mortem Pith. a mortem Vind. 52) parentis cj. Schult. ad Paul. h. l., propter §. 3. Instt. de Hered. quae ab intest. (3, 1.). 53) hereditariorum Verc. 54) continuatur. KP. CXXXII. IDEM Verc. 55) ne Vind. 56) pupillo Pith. pupillū Verc. 57) Sic cj. Cuiacius, qui prius si legerat. nisi omnes codd. cfr. nota 59. 58) Sic cj. Pith. et Cuiacius. soluenda Pith. Verc. uoluenda Vind. 59) non, quod omnes codd. omittunt, cj. Pith. et Cuiacius. 60) quanuis Scal. 61) resipierit et in pupillum Verc. 62) adheleuerit Vind. 63) possit Verc. 64) patri Verc. 65) scdm. uel Verc. 66) manumissus Verc. 67) cuius uel Verc. Verba: cuiusue erroris delenda esse, cj. Scal. 68) fuerit Vind. Verc. 69) ab Vind. 70) ueniant Vind. Verc.

§. 6.] Simil. §. 3. med. Instt. cit.

nec si forte soluendo] Simil. Vlpianus, fr. §. 8 pr. de A. H. (29, 2.)

abstinere] cfr. Gaius, fr. 57. pr. eod. Pomponius, fr. 11. eod. Scaeuola, fr. 21. de Auctor. tutor. (26, 8.)

§. 7. post mortem ... natus] Vide quae notata sunt ad kap. II. §. 4. h. t.

ab hostibus reuersus] Simil. §. 4. Instt. de Hered. quae ab intest. (3, 1.)

ex manumissus ... primo] Vid. kap. II. §. 6. h. t.

erroris causa probata] Vid. kap. II. §. 5. h. t. Vlpianus, fragm. VII, 3.

§. 8.] Vide, quae notata sunt ad kap. II. §. 2. h. t.

nepotes [71], proneptes, ac [72] deinde masculino sexu [73] post [74] filium descendentes, si nullus [75] parentum impedimento [76] ipsis [77] in aui potestate [78], uel proaui familia [79] remanserit [80]: parentes enim liberis suis, cum quibus in potestate fuerunt [81] ipsi [82], ordine [83] successionis [84] obsistunt [85].

Filii, si [86] cum nepotibus ex alio filio susce- 9
ptis [87] in familia retinentur [88], ad intestati [89] patris [90] successionem cum fratris filiis [91] uocantur [92]: quibus [93] in patris sui partem [94] uenientibus, hereditas in stirpes, non [95] in capita diuiditur [96], ita [97] ut unus [98] filius et [99] plures nepotes singulos semisses [100] habeant. Idemque [101] euenit, si auo [2] ex duobus filiis impari [3] numero nepotes succesſerint [4].

---

71) pronepotes Vind. omittit. 72) aut Vind. hac Verc. 73) masculinu sexum Verc. 74) per cj. Rittersh., non adprobante Schultingio. 75) nullo Vind. Verc. nullum, uel nullo, Scal. 76) parentiū inpedimentū Verc. 77) ipsi Vind. Verc. Scal. 78) potestatem Vind. 79) famili Scal. 80) permanere Vind. remanseri (?) Verc. remanserint cj. Scal. 81) fuerit Vind. fuerint Verc. 82) ipsis ed. Heidelb. 83) ordinem Vind. 84) successionem Vind. successiones Verc. 85) constituunt Vind. obstituunt Verc. 86) filius, omisso si, Vind. Verc. Scal. 87) suscoeptis Vind. 88) retentus cj. Scal. 89) ab intestato ad Pith. 90) patri Verc. 91) filius Verc. 92) uocatur Vind. Verc. et cj. Scal. 93) in quibus Scal. 94) parentes Vind. Verc. parentem Scal. 95) in stirpes non Verc. omittit. 96) diuiduntur Verc. 97) KP. CXXXIII. ITEM Verc., rubrica usque ad NEPOTES producta. 98) unus Pith. omittit. 99) ex Vind. Verc. 100) semisse Verc. 101) Sic cj. Pith. idque omnes codd. 2) si ab eo omnes codd. si cum eo cj. Pith. si auo ed. Par. a. 1586 in marg. et cj. Schult. et si auo cj. Io. Canneg. h. l. 3) Sic cj. Pith. et Io. Canneg. in patrum omnes codd. 4) succesſerunt Vind.

§. 9.] Vide kap. II. §. 7. 8. h. t.

10 Ex filia nepotes sui heredes [5] non sunt: in aui [6] enim materni [7] potestate [8] alienam familiam sequentes ipsa ratione [9] esse non possunt.

11 Eo tempore suus heres [10] constituendus est, quo [11] certum est, aliquem intestatum decessisse: quod ex euentu [12] deficientis conditionis [13], et ortu [14] nepotis, qui uiuo auo post mortem patris natus (sit), iniri [15] potest.

12 Quem [16] filius emancipatus [17] suscepit, uel adoptauit [18], sui [19] heredis [20] locum in aui successione [21], sicut ipse pater, obtinere non potest. Adoptiuus [22] tamen nec quasi [23] cognatus bonorum possessionem [24] eius petere [25] potest [26].

---

5) heredē Verc. 6) auia Scal. 7) materna Vind. maternae Scal. 8) potestatem Vind. Verc. 9) rationes Vind. 10) heredes Verc. 11) quod Vind. 12) euentū Verc. 13) condicionis Vind. 14) certum Vind. ortū Verc. hortū Scal. 15) iniri, omisso sit Pith. siniri Vind. finiri Verc. Legendum esse: sit iniri, iam Cuiacius uiderat. est iniri cj. Scal. definiri cj. Schult. 16) cum Scal. cuius Vind. KP. CXXXIIII. IDEM. CVM FILIVS EMANCI Verc. 17) et emancipatum Vind. 18) adoptiui Vind. 19) suis Verc. 20) heredes Vind. Verc. 21) successionem Vind. 22) adoptiuum Verc. 23) ne quasi Pith. Vind. neque si Verc. nec quasi ed. Heidelb. et cj. Schultingius, qui etiam ueretur, "ne aliqua exciderint, in quibus sit facta mentio nepotis ex filio emancipato nati, qui ad bonorum aui possessionem admittitur ex edicto Vnde liberi: et sic additum deinde hoc de adoptiuis, qui nullo tali beneficio gaudent." Vtrumque displicet Vonckio, p. 52, cum ne pro ne quidem accipi posse, et tamen redundare contendat. 24) possessionum Vind. Verc. possessione cj. Schult., quamuis potiri et cum accusatiuo construi posse, ex Sanctii Minerua lib. III. cap. 3. probari censeat. 25) potiri Pith. potire Scal. 26) potens Vind.

§. 11.] Simil. §. 7. 8. Instt. de Hered. quae ab int. (3, 1.)

§. 12. suscepit] cfr. §. 9. Institt. Quib. mod. ius patr. pot. soluit. (1, 12.)

nec quasi cognatus] cfr. Paulus, fr. 23. de Adoptionib. (1, 7.) Vlpianus, fr. 1. §. 4. Vnde cognati (38, 8.)

Si sui heredes non sunt, ad agnatos [27] legitima 13
hereditas pertinebit [28], inter quos primum locum consanguinei obtinent [29]. Agnati autem sunt cognati uirilis [30] sexus per uirilem (sexum) [31] descendentes: sicut filius fratris, et patruus, et deinceps [32] tota successio.

Inter agnatos et cognatos hoc interest: in agna- 14
tis etiam [33] cognati continentur: inter cognatos [34] uero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus et agnatus est, et cognatus, auunculus autem cognatus tantummodo [35] est [36].

Consanguinei sunt eodem patre nati, licet di- 15
uersis matribus, qui [37] in potestate fuerunt [38] mortis tempore: adoptiuus quoque frater, si non sit emancipatus, et hi qui post mortem patris nati sunt, uel causam [39] probauerunt [40].

Soror iure consanguinitatis [41] tam ad fratris, 16
quam ad sororis hereditatem admittitur.

---

27) agnatum Vind. 28) pertineri Verc.: isque finis totius libelli est in hoc codice. 29) optinent Scal. sec. Haen. 30) uirili Vind. 31) sexum omnes codd. omittunt. per personam uirilem cj. Moller diss. cap. VI. §. 11. 32) deinceps et ed. Heidelb. Leew. Schult., mero lapsu typographi, ut uidetur. 33) enim etiam Pith. 34) agnatos Vind. 35) modo Vind. tantummodo cognatus Scal. 36) est a Paulo Visig. abest. 37) quibus Vind. 38) fuerint Vind. 39) causa Vind. Scal. 40) probauerint Vind. 41) sanguinitatis Vind.

§. 13. Si sui etc.] Simil. Gaius, kap. II. §. 9. h. t. et auctores ibi laudati: Vlpianus, kap. IV. §. 1. kap. VI. §. 1. kap. VII. h. t.

consanguinei] cfr. §. 3. 20. h. l.

agnati autem etc.] cfr. Paulus, fr. 10. §. 3. de Gradib. et affin. (38, 10.) Pomponius, fr. 12 de Suis et legit. (38, 16.) Gaius, kap. II. §. 10. h. t., et quae ibi notata sunt.

§. 14.] Haec ex Paulo exscripsit Modestinus, fr. 5. Vnde legitimi (38, 7.) Simil. Paulus, fr. 10. §. 4. de Gradib. (38, 10.)

§. 15. Consanguinei etc.] cfr. Gaius, kap. II. §. 10. med. h. t. §. 1. Instt. de legit. agnator. success. (3, 2.)

uel causam probauerunt] cfr. §. 7. h. l. Gaius, kap. II. §. 5. h. l., et quae ibi notauimus.

17 Consanguineis non existentibus, agnatis defertur [42] hereditas, prout quis alterum gradu [43] praecesserit. Quod si plures eodem gradu [44] consistunt, simul admittuntur.

18 Si sit frater [45] defuncti [46], et fratris filius, et nepos [47], fratre [48] non existente [49], filius fratris [50] nepoti praefertur.

19 Sed si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes, sed in capita hereditas distribuitur, scilicet ut pro numero [51] singulorum uiritim [52] distribuatur [53] hereditas.

---

42) agentis differtur Vind. 43) gradum Vind. 44) eosdem grados Vind. 45) si sint fratres Paul. Visigoth. si sint frater cj. Cuiacius ad Paul. h. l. et Balduinus, Iustinian. lib. IV. 46) defunctus cj. M. Freher. parerg. I, 9. 47) filii uel nepotes Paul. Visig. filius uel nepos cj. Cuiac. ad Paul. et Balduinus l. c. 48) fratres et Pith. ex fratre cj. Freherus l. c. frater filio fratris uel eo cj. Cuiacius et Balduinus ll. cc. ex fratre sed cj. Scal. 48) Sic Paul. Visig. et Vind. fratres et Pith. ex fratre cj. Freherus l. c. ex fratre set cj. Scal. fratre herede ed. Paris. a. 1586 in marg. frater filio fratris uel eo cj. Cuiacius et Balduinus ll. cc. frater et fratre, aut potius frater et eo cj. Io. Canneg. h. l. Sed nulla emendatione opus esse uidetur. 49) existentes Pith. existentem Vind. 50) fratris filius cj. Balduinus l. c. Vtrumque uerbum delet Cuiacius. 51) numerum Vind. 52) iurium uel uiritim cj. Pith. marium cj. Fr. Hotomanus illustr. quaestion. c. 14 fin.; improbante Rittershusio, ad nouell. part. VII. cap. 1. num. 8. Ceterum idem Rittershusius ad Paul. h. l. omnia ista: scilicet ... hereditas glossam sapere monuerat. 53) distribuitur Vind.

§. 17. Quodsi plures etc.] Gaius, kap. II. §. 15. h. t. Simil. §. 5. Instt. de Legit. agnat. succ. (3, 2.)

§. 18.] Simil. §. 5. Instt. l. c.

§. 19.] Simil. Gaius, kap. II. §. 16. h. t. Vlpianus, fragm. XXVI, 4.

Feminae [54] ad hereditates legitimas ultra con- 20
sanguineas [55] successiones [56] non admittuntur [57]:
idque [58] iure ciuili Voconiana ratione [59] uidetur
effectum. Ceterum [60] lex duodecim tabularum sine
ulla discretione [61] sexus agnatos [62] admittit.

Kp. IIII. [1]. VLPIANVS LIBRO SINGVLARI [2] SVB TITVLO DE LEGITIMIS HEREDITATIBVS [3].

Intestatorum [4] gentilitiorum [5] hereditates perti- 1
nent primum ad suos heredes, id est liberos, qui [6]
in potestate sunt, ceterosque [7] qui in [8] liberorum
loco sunt. Si sui heredes non sint [9], ad consan-

---

54) foeminae Scal. sec. Haen. 55) consanguineos Vind. 56) successiones spurium uidetur Giphanio atque Rittershusio; sed rectius defenditur a Schultingio. 57) amittantur Vind. 58) Sic Paul. Visig. id quod Pith. hi quod Vind. 59) Sic Paul. Visig. sec. codd. Cuiacii. uoconia narratione Paul. Visig. sec. codd. plerosque. uoconia rationem Pith. coniurationem Vind. uoconia rogatione cj. Pith. et Cuiacius. relatione cj. Pith. et Scal. 60) caeterum Scal. 61) Sic Paul. Visig. discrepatione Pith. discrepationes Scal. disceptationem Vind. 62) Sic cj. Giphanius, Raguellus, Iac. Gothofredus aliique. cognatos Pith. Paul. Visig. cognatis Vind.

1) CXXVIIII. Vind. 2) regularum singulari cj. Schilling. diss. de Vlpiani fragmentis, 1824 pag. 16. In Vind. uerba Vlpianus ... titulo desiderantur. 3) heredibus Vlp. fragm. cfr. Schilling. l. c. p. 49. 50. 4) Hoc uerbum tam in Pith. quam in Vind. rubricae pars est. 5) ingenuorum Vlp. fragm. Quod nostro quoque loco substituendum esse, censet Schillingius l. c. p. 51 ... 55. 6) quod ed. Geneu. a. 1586. 7) caeterosque Scal. 8) Sic Vind. et Vlp. fragm. A Pith. in abest cfr. Schilling. p. 55. 56. 9) sunt Vlp. fragm.: quod praefert Schillingius p. 56.

§. 20.] Haec nunc in Pauli Sententiarum libris §. 22. continentur.

ultra consanguineas] Simil. Gaius. kap. II. §. 14. h. t. Vlpianus, fragm. XXVI, 6. §. 3. Instt. de Legit. agnat. succ. (3, 2.)

ceterum lex etc.] Haud obstat Gaius, instt. III, 23.

Kap. IV. §. 1.] Haec extant inter Vlpiani fragmenta, tit. XXVI. §. 1.

guineos, id est fratres et [10] sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos (proximos, id est cognatos) [11] uirilis [12] sexus per mares [13] descendentes, eiusdem familiae. Id [14] enim cautum est lege duodecim tabularum hac [15]: Si intestatus [16] moritur, cui suus [17] heres nec esit [18], agnatus proximus familiam [19] habeto [20].

2 Si agnatus defuncti non sit, eadem [21] lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat [22],

---

10) aut Vind. 11) Haec ex Vlp. fragm. supplenda erant. 12) uirili Vind. 13) matres Vind. Scal. 14) his Pith. sic cj. Cuiacius. 15) at, uel ac cj. Cuiacius. ast cj. Contius in breui collect. XII. tabb. cap. 67: quem sequuntur Io. Cannegiet. aliique. ac edd. Vlpiani uulgatae. ut cj. P. Faber. Totum uerbum delent Charondas et Balduinus. Sed uide Dirksenium, Zwölf-tafel-fragmente p. 349, et Schillingium l. c. p. 57. 58. 16) intestato Vlp. fragm., quod ut praeferatur, Ciceronis ac Pauli uerba suadere uidentur. Vid. Dirksenius p. 349. Schillingius p. 58. 17) Sic Vlp. fragm. cuius, pro cui suus, nostri codd. 18) est nostri codd.: ab Vlpiani fragmentis abest, uacuo tamen spatio relicto. Vid. Zeitschr. für gesch. Rechtswiss. Tom. IV. p. 130. exstabit cj. Contius, quem uulgares Vlpiani edd. sequuntur. sit cj. Hauboldus et Hugo, parum probante Schillingio l. c. p. 61. escit cj. Cuiacius obss. VII, 19 et Charondas. esit cj. Müllerus cfr. Dirksenius, Zwölf-tafel-fragm. p. 350. 351. Schillngius l. c. p. 59 ... 62. 19) familiae Vlp. fragm. 20) Sic Vlp. fragm. et fr. 195. §. 1 fin. de V. S. (50, 16.) habeatur nostri codd. habeat, uerum uel habeat, at uero cj. Io. Canneg. h. l. 21) eandem Vind. 22) uocantur Vind.

si intestatus etc.] Simil. Cicero, de inuentione lib. II. c. 50. Auctor ad Herennium lib. I. c. 13. Paulus, fr. 9. §. 2. de Lib. et postum. (28, 2.)

agnatus .. habeto] Simil. Vlpianus, fr. 195. §. 1. de V. S. (50, 16.)

§. 2.] Simil. Gaius, kap. II. §. 17. h. t. Paulus, kap. III. §. 3. h. t.

his uerbis: Si agnatus [23] nec esit [24], gentiles [25] familiam [26] habento. Nunc [27] nec gentilitia [28] iura in usu sunt [29].

Kp. V. [1]. IDEM [2] (LIBRO) [3] INSTITVTIONVM (SECVNDO [4], SVB TITVLO DE SVCCESSIONIBVS) [5] AB INTESTATO [6].

Ab [7] intestato quoque hereditas defertur [8] per ius ciuile, aut per praetoris beneficium: per ius ciuile suis heredibus, uel liberis, qui in potestate fuerunt [9], filio [10], filiae, et deinceps, qui in locum 1

---

23) Sic cj. Pith. et Scal. si gnatus Pith. sic natus Vind. 24) nescit Pith. Vind. nec sit cj. Pith. et Scal. nec escit cj. Cuiacius, quem plurimi secuti sunt. nec essit ed. Paris. a. 1586 in marg. nec esit cj. Freher. parerg. I, 9 et Müllerus. nec erit cj. Vitus ad leges decemuiror. §. 105. cfr. Dirksenius l. c. pag. 358. 25) Sic uterque codex. gentilis cj. Cuiacius, Franc. Pithoeus aliique. 26) familias Vind. 27) heres hanc uterque codex. Et de hoc quidem loco perquam copiose disputauit Schillingius l. c. p. 66 ... 85, cum quo conferendus Dirksenius l. c. p. 359 ... 363. herciscant cj. Oiselius sec. Pith.: quem prorsus refellit Schillingius, sicut et Lipsium et Vitum, qui herciscunto maluerant. nancitor cj. Freherus parerg. I, 9. et Dirksenius l. c. heres nancitor cj. Iac. Gothofredus ad XII. tabb. familiae heres esto cj. Franc. Pith. ad XII. tabb. habeant nunc cj. Petr. Pith. habeto nunc cj. Cuiacius. habento, omisso heres nel nunc, cj. Roeuerus, qui istud heres merum glossema esse sibi persuaserat. Sane etiam Schultingio uoc. heres post escit ponendum esse uidebatur. Nobis tamen omnium maxime placet Schillingii sententia (l. c. p. 84): uerbum heres ex scripturae compendio ortum esse, cum habet et heres eadem nota insigniri solitum fuisse, uel Petrus Diaconus testis sit. 29) gentilicia Scal. 29) in usus est Vind.

1) cxxx. Vind. 2) item Pith. 3) libro uterque codex omittit: cj. Cuiacius. libro II. cj. Pith. 4) ab intestato institutionum uterque codex. 5) Sic cj. Pith. Scal. et Cuiacius. 6) uide notam 4. quae ab intestato deferuntur cj. Scal. 7) ad Vind. 8) differtur Vind. 9) fuerint Vind. 10) Sic cj. Scal. et Schulting. filii uterque codex.

defuncti parentis, qui [11] ex eodem nati sunt, succedunt.

KP. VI. [1]. IDEM [2] EODEM LIBRO [3].

1 Post suos [4] ab intestato legitimi [5] admittuntur, primum [6] consanguinei; ii [7] sunt frater [8] et soror, qui in eiusdem potestate [9] patris fuerunt [10], etsi ex diuersis matribus nati sunt.

2 Consanguineos et [11] adoptio facit, et adrogatio, causae probatio, et in manum [12] conuentio.

KP. VII. [1]. IDEM [2] EODEM LIBRO [3].

1 Et consanguinei [4] legitimi uocantur. Hi sunt agnati, qui nos [5] per patris cognationem contingunt, uirilis [6] sexus: nam sciendum, feminis, ultra consanguineas, hereditates legitimas non deferri.

2 Suis praetor solet [7] emancipatos liberos, itemque [8] ciuitate donatos [9] coniungere, data bonorum possessione [10]: sic tamen, ut bona, si quae propria habent, his qui in potestate manserunt, con-

---

11) cum aliis qui cj. Schulting.

1) CXXXI. Vind. 2) item Pith. 3) liber Vind. 4) tuos, corr. duos, Vind. 5) legitime Vind. 6) primi Vind. 7) ii Vind. et Scal. sec. Haen. omittit. 8) fratres Pith. 9) potestatem Vind. 10) fuerint Vind. 11) et Scal. omittit. 12) manu Pith.

1) CXXXII. Vind. 2) item Pith. 3) liber Vind. 4) et consanguineis Pith. a consanguineis cj. Pith. post consanguineos cj. Scal. et Cuiacius. ex consanguineis ed. Heidelb. 5) non Vind. 6) uirili Vind. 7) praeter, omisso solet, Vind. 8) idemque Vind. 9) ciuitatem donatus Vind. Scal. 10) possessiones. EXPLICIT. Vind., ita totum librum claudens. possessiones etiam Scal. habet.

Kap. VI.] Simil. Paulus, kap. III. §. 15. h. t.

§. 2.] Simil. Gaius, kap. II. §. 2. 3. 5. h. t., et loca ibi laudata.

Kap. VII. §. 2. emancipatos] Simil. Gaius, instt. III, 19. §. 9. Instt. de Hered. quae ab int. def. (3, 1.)

ciuitate donatos] Simil. Gaius, instt. III, 20. I, 94.

ferant [12]. Nam aequissimum putauit, neque eos bonis paternis carere, per hoc quia [13] non sunt in potestate: neque praecipua bona [14] propria habere, cum partem sint ablaturi suis heredibus.

KP. VIII. IDEM [1] LIBRO QVI SVPRA, (SVB TITVLO) [2] DE SVIS [3] (ET LEGITIMIS) [4] HEREDIBVS.

Post consanguineos [5] praetor uocat cognatos: 1
cognati autem sunt, qui nos per patrem aut [6] matrem contingunt. Post cognatos uirum et uxorem.

Et haec [7], si qui decessit, non fuit libertinus, 2
uel stirpis libertinae: ceterum si libertinus est, uel libertina, ad [8] patronum eius legitima hereditas, patronamue [9] lege duodecim tabularum defertur [10].

KP. VIIII. IDEM [1] EODEM LIBRO.

Post familiam patroni [2] uocat praetor patronum 1
et patronam; item [3] liberos, et parentes patroni,

---

11) sit quae Scal. sua quae cj. Scal. 12) conferat Scal. 13) hos qui Scal. 14) praecipuā bonā Scal. sec. Haen.

